[illegible] ethicorum et eco-
nomicorum libri [illegible]

26-6
N. 176

...s suis imolare . aut pena
...cruciatibus interire . lc . v .
...tur huiusmodi ...
...co p regiones ...
...nationes emissum . ...
...uencio imperatori hys qui e...
...iens ... acquiescere salu...
...ubet ... lc . vj . tem.
...tatis maiestatis omnes ...
...ras incolas . diuites et paupe...
...ad nos usque peruenire . et ...
...institucionis sentenciam
...haurire . In ... uni ...
... omnia de uno ... In
... felicis et ...
vitalis et agricole . ...
... lc . i . ...
... p orbem uniuersum demonu...
... omnibus ... cernere...
sacrilegorum imperatori fieri ...
... m ... gal...
... sanctissima ...
...c . ij .
...

176 I 213
236

N ON NOVVM ESSE CONSTAT BEAtiſſime pater: ſed iam inde ab antiquis frequentiſſime uſitatum: ut qui litterarum ſtudiis inſudant homines laborum ſuorum opera ad Principes ſcribant. Quod mihi feciſſe videntur: non quo diſciplinã aliquam illis proponant: ſed quo amor ac beniuolentia ſua bonis Principibus innoteſcat. Ac ex eorum autoritate ad quos libri ſcribuntur: quedam ipſis libris accedat autoritas. Ego igitur horum ſequutus exemplum: uigilias quaſdam meas non temnendas ut reor: ſed quod ſine arrogancia dictum uelim: noſtris hominibus ualde utiles: cũ reuerencia tuo nomine preſcripſi. Nam cum per uacationem apoſtolice ſedis nuper in Conſtantienſi conſilio ſubſequutam ipſe quoqꝫ ab officio quod in curia preſtare conſueui uacarẽ: multaqꝫ et uaria quotidie inſurgerent: quorum nec finem nec exitum ullum proſpicere ualebam: retuli me ad ſtudia litterarum tanqꝫ in tranquilliſſimum aliquem portũ turbationũ cũctarũ. Cũqꝫ ibi cũ ueteribus amicis ut inquit. Ci. ideſt cum libris rediſſem in gratiam: multaqꝫ aſſidua lectione uterer. Placuit tandẽ non ſolum legendo mihi: uerum etiam ſcribendo aliis ſi qua poſſem prodeſſe conari. Id enim pcipuum ſtudioſorũ mun9 putandũ eſt: ut non ad propriã modo ſed comunẽ utilitatẽ ſtudia referant ſua. Itaqꝫ Ariſtotelis libros qui de moribus ſcribunt ſuauiſſi-

I-213
UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA ZARAGOZA
N° 21.411

mos quidem/ac elegantiſſimos/et ad uitam noſtram plurimum neceſſarios/accuratiori diligentia in latinuꝫ traduxi. Putans id uſqꝫ adeo utile ut nihil fieri poſſit utilius. Eos igitur beatiſſime pater libros ad te mitto non quo uacare eoruꝫ lectioni te poſſe arbitrer. Non enim fluctus et eſtus paſtoraliuꝫ occupationuꝫ ſed ut omnis mea opa in tuū nomen referatur. Quia uero ſuſpicor/fore non nullos/q forſan grecarū litterarum ignari/et ob hoc defect9 minime internoſcere ualentes/huic meo labori refragabūtur/Pro diſcuſſione rerum ipſarum quedam premiſi.

aRISTOTELIS ethicorum libros facere latinos nuper inſtitui non quia prius traducti non eſſent ſed quia ſic traducti erant ut barbari magis q latini effecti uiderent. Conſtat enim illius traductionis autorem quicunqꝫ tandem is fuerit quem tamē ordinis pdicatoruꝫ fuiſſe manifeſtum eſt neqꝫ grecas neqꝫ latinas litteras ſatis ſciuiſſe manifeſtū eſt. Naꝫ et grecas multis in locis male accipit et latinas ſic puerilit et indocte reddit ut uehementer pudendum ſit tam ſupine/craſſeqꝫ ruditatis. Quin etiā frequenter uerboruꝫ optima/et probatiſſima latinitas habet ignarus/atqꝫ inopulentia noſtra mendicans/cum greco uerbo latinum reddere neſciat quaſi deſperans/et conſilii inops ita/ut iacent greca dimittit ita ſemi grec9 qdā/et ſemi latin9 fit in utraqꝫ deficiens lingua/in neutra integer. Quid dicā de tranſformatione orationis qua nihil eſt turbati9 nihil puerſius. Atqꝫ

ſtudioſū eloq̄ncie fuiſſe Ariſtotelē / et dicēdi artē cū ſapiā ɔiūx-
iſſe. Et. Ci. ipſe multꝫ in locis teſtat̄. Et libri eiꝰ ſūmo cū eloq̄n-
tia ſtudio luculētiſſime ſcpti declarāt. Itaq̄ ſi qs illi nūc ſenſus
eſt rer̄ noſtrar̄, iam p̄dē credēdū eſt huic abſurditati et īgcini-
tati traductionis infenſum. & tantā barbariē īdignatū hos ſuos
libros eſſe negare. Cū talis apud latinos uideri cupiat: q̄lē apud
grecos ſeſe ipē exhibuit. Neq̄ uo mihi qſq̄ obiecerit latine lı̄gue
inopiā. Nam illa q̄dē abūde locuples ē. Nec ad exp̄mendū mo
do q̄ uis p̄u et ad exornādū ſatis modo ipā ſciat̄. Ignorātē ꝓo
iſta aggredi / & uiciū ſuū lingue aſcbē ſtultiſſimū ſit & īdigniſſi-
mū ē. Vidēꝰ Plautū q̄dē & Terēciū poetas comicos & d̄ leuiſſis
rbꝰ ẗctātes Menādri et Ariſtofanis fabellas ex greco ſūptas ſic
latinas feciſſe ut cūcta et minutiſſia exp̄māt. nec tn̄ ꝓbis grecis
vtūt. neq̄ elegātia ſūma illis deeſt. neq̄ ornatꝰ. Ciceroni quoq̄
in his libris in qbꝰ hec ipa ab Ariſtotele ẗctata pſcpſit. nūq̄ ex-
p̄mēdi facultas nūq̄ ubertas orōnis defecit. Tantūq̄ affuit ut q̄-
reret ut m̄ltis et locis diſſeruerit latinā linguā pleniorē eſſe q̄
grecā. In quo lꝫ a q̄buſdā refragatū ſit tn̄ eatenꝰ ut grece noſtrā
nō anteferret: plenā certe & locupletā eſſe fatent̄. Qui ei latine
lingue ariditatē accuſāt hi mihi neq̄. M. T. legiſſe unq̄ uidēt̄
neq̄ Virgiliū. Quor̄ eq̄dē nō uideo cur aut alteri Demoſtenes in
ſoluta orōne aut alteri Homerus ſit in carmine p̄ferēdus. Supra
hos ꝓ quos greci p̄ferant nullos hn̄t. Sꝫ q̄d ego aut de collatōne
utriuſq̄ lingue aut d̄ accurata ꝓbor̄ rephēſione diſputē erudıtor̄

ſit iſta cura retruſa q̄dā ⁊ elimata exq̄rere. At hic noſter int̄ps
et i planiſſimis tanq̄ i ſalebra heret nec i penuria laborat. ſʒ in
diuiciis medicat. Ponā unū aliquid d̄ ſuis quo manifeſti⁹ diſcer-
nat̄. In illa diligēti Ariſtotelis medioꝝ extremoꝝq̨ deſcͦptione
quib⁹ uirtutes et uicia ꝯtineri oſtēdit iſte īterp̄tās quodā modo
ſic inq̄t. Circa delectabile aūt q̄d quidē i ludo medi⁹ quidē eutra-
pelos. Et diſpoſitio eutropelia. ſupabūdātia bomoloxia. et q̄ ha-
bet eā bomolochos. Qui aūt deficit agricos q̄s ē et habit⁹ agritia.
O ferreū hominē. nō poſſuʒ eqdeʒ legēs me ꝯtinere. hoccine eſt
interp̄tari. At q̄ poterant hec omīa q̄ ob ignorātiā reliq̄d comode
et elegāter latine dici. Primū eni q̄d ille in ludo inq̄t magis eq̄-
dem in Ioco dicendū reor. Nam ludere pila ⁊ alea magis dicim⁹.
Iocari aūt ꝟbis. In ioco igit̄ laudabilē illam mediocritatē quam
greci eutrapeliam uocant noſtri tū urbanitatē: tum feſtiuitateʒ:
tū comitatē: tū iocūditatē dixere. Et q̄ ita ſe habet urban⁹ feſti-
uus iocūd⁹ eſt. Hec omīa ꝓbata ſunt ꝟba ⁊ ab optimis autorib⁹
freq̄ntata ⁊ uidetꝫ copiaʒ ligue nr̄e. Supabūdātia inq̄t bomolo-
gia. hec ꝓprie ē ſcurrilitas apud noſtros. ꝟbū itē optimū ē et qui
illā habet ſcurra. Qui aūt deficit inq̄t agricos q̄s hic ꝓprie ē ruſti-
cus et habit⁹ ipe ruſticitas. Vt ſit q̄ mediocͥtatē in iocādo ſeruat ꝯ
urbanus ſiue comis. Qui oīno deficit et abhorret ruſtic⁹. Qui ita
iocoſ⁹ ē ut modū excedat ſcurra. Nuʒ hec latine poſſe dici uidē-
tur. Vtrū ergo i ligua defect⁹ ē ul' i ipo. Atq̄ fieri poteſt ut ille
in p̄hia doct⁹ fuerit. Sʒ eqdē nō puto cū uideā ipʒ res quoq̨ cū

noīb9 cōfūdentē · Quid ei tritī9 apō eoꝝ q de morib9 ſcribūt q̄ honeſti uocabulū · Cuʒ et Stoici quoꝝ Seneca maxime inť nr̄os ēminet fines bonoꝝ ī honeſtate collocarīt · Et freq̄ntiſſime diſceptet nuʒ utile ab honeſto ſeparari q̄at ⁊ omnes uirtutis actiones honeſto contineri dicamus · Eniʒ hō hic ꝓ honeſto grece ab Ariſtotele ubiq; poſito ſemꝑ latine bonū expſſit · Perabſurde q̄deʒ · Naʒ et ſi omne honeſtū ē bonū tn̄ aliter de honeſto · aliter de bono loq̄mur · Vt et aliť ō aīali et aliť de ſubſtātia q̄uis omne aīal ſubſtātia ſit · Quod ſi q̄a omne honeſtū ſit bonū ꝓpterea bonuʒ īterpꝑtari licebit ꝓ utili quoq; ubicūq; poſitū fuerit bonū dicem9 · Ita tria maxima q̄ in ph̄ia ꝓſant bonū utile et honeſtū in vnū ↄfūdem9 · Et cū utile ab honeſto ſepari poſſit nec ne q̄rem9 ſic ꝓponem9 · Nūq̄d a bono bonū ſepari q̄at · Et ſtoici ſi beatā uitaʒ ī bono poſitā eſſe dicerēt null9 negaret · at ī honeſto poſitam epicurī negāt · ī bono ať ↄcedūt q̄ō et ipi bonū appellāt uoluptatē · Iſto igiť modo īterpꝑtari utrū tādē ↄuertē ē Ariſtotelis dicta an puertē · Bono q̄deʒ ↄriū ē malū · honeſto ať turpe · Hec ut apud latinos uocabulis diſticta ſunt ſic et apud grecos · Que ille ſi modo quicq̄ ītelligēt nūq̄ ↄfūdiſſet · Dicā ⁊ de alio errato q̄q̄ īfinita pene ſūt · at duo uľ ťa oſtēdiſſe ſat erit · pſerti ī maximis et pōdus habētib9 · Nulla fere maior ↄtētio ī ph̄ia fuit q̄ de uoluptate et dolore · Cuʒ alii eudoxū et ariſtippū ſecuti ī uoluptate ponere ſummuʒ bonū nō dubitarint · ſūmūq; in dolore maluʒ · alii contra nō modo ſummū bonuʒ nō eſſe uoluptateʒ uerum et

abiectuz quiddaz et prauuz. Omnes tñ res quas gerimus dolore et uoluptate tanq̃ gubernaculis quibuſdã regi fatebãtur. Hec igiť duo ẽcta que oĩs de moribꝰ ꝓtitur diſciplina: et q̃ omnes nři eq de phia unq̃ ſcripſerũt uoluptatem et dolorem apellant. Iſte quẽadmodũ interptatꝰ ẽ quaſi nũc pmo naſcereť: nec qcq̃ unq̃ legiſſet/ p uoluptate delectationem poſuit p dolore aũt triſticiã.

¶ Primũ quero que cauſa fuit ab uſu loquẽdi Senece/ Ci/ Boetii/ Lactancii/ Hieronimi/ ⁊ alioꝝ nřoꝝ recedẽdi. Reſpõdebit credo ſi uera fateri uolet: nũq̃ ſe iſtos legiſſe delectationis aũt ⁊ triſticie uerba e uulgo ſũpſiſſe. At enim hos pſtantis uiros legiſſe oportuit. Naz uulgꝰ qdem haud quaq̃ pbatꝰ ẽ loquẽdi magiſter. Sz quero nõ iã ab eo: ſz his quos illũ defẽſuros eẽ reor: que nã cã fuerit ſuctꝰ/ ac pbatum ũbum relinquẽdi: querendi nouũ. Veruz dicent delectationẽ idẽ eẽ q̃ uoluptatem: an uoluptatez non illud deſignaŕ q̃ ἡδονὴ greci dicũt. Primũ ut idẽ ualeat delectatio et uoluptas: Nõ fuit tñ cauſa a cõſuetudine ueteꝝ: preſtiz excellẽtiſſimoꝝ abeũdi. Deĩn hoc totũ erroneũ ẽ. Nec eſt idẽ uoluptas et delectatio: ſi modo ẽria ex ẽriis noſcũť. Triſticia eiz q̃ ille ẽriũ delectationi eẽ uult: nõ dolorẽ ſed ẽuitatẽ: et ſeueritatez ſignificat: q̃ ſũt fere ẽria hilaritati: itaq̃ triſticiam uultꝰ dicimꝰ et iudicẽ triſtẽ. i. ſeuerũ: et grauẽ. Et in lelio ilaritas fuiſſe pibeť: in Sci. aũt uita triſtior ãbitio maior. Cũ ergo triſticia nõ ſit dolor: nec delectatio: certe erit uoluptas. Inſup delectatio ut qdẽ mihi uideť extrinſecũ qdã ẽ: uoluptas aũt intrinſecũ.

Delectāt eiꝫ magnifici appatꝰ delectāt ſoni et cātꝰ delectat hiſtrio dū fabulas agit. hec oīa ab extͣ ꝑueniūt. Vt igitͣ ictꝰ ſagitte nō ē qdē iṗe dolor: ſed dolorē mouet: ſic delectatio iſtaꝝ reꝝ ab extͣ ꝓficiſcēs nō ē iṗa uoluptas: ſꝫ efficit uoluptatē. Eſſe aūt uoluptatē latiē idē qꝺ greci higdon uocāt: et ſic īꝑptari optere nullꝰ uel mediocter doctꝰ ignorat. quo magis admirari cogor in hoc tātā ruditatē: ne dicā ignoratiōnē fuiſſe. Tulliꝰ ī libro de finibꝰ bonoꝝ et malorū ita ſcribit: qꝺ greci higdon uocāt: nos appellamꝰ uoluptatē. et ſepe ꝟbū latinū q̄rimꝰ par greco. et qꝺ idē ualeat. Hic nihil fuit qꝺ q̄ramꝰ. Nullū eiꝫ inueniri pōt qꝺ magis idē declaret latine qꝺ grece declarat uoluptas. Hec Tulliꝰ. cuiꝰ ni fallor ūba ondūt et uoluptatē dici oportͤ. an igitͣ hūc ducē ī ſcopulis ſeq̄r quē in plano offendētē turpitͣ et labentē aſpiciꝰ ut nec honeſtū dicerͤ ſciat: nec uoluptatē: et dolorē intelligat.

Inſup cū aliud ſit eligerͤ aliud expetͤe quoniā ī eligēdo ꝯſultationē: et deliberationē ꝑmittimꝰ nō ī expetēdo et expetimꝰ ſep bonū eligimꝰ nōnūq̄ minꝰ malū. Idq Ariſtoteles accurate diffiniat: et ī loq̄ndo pl'rimū caueat nr̄iq etiā nō miori cura hāc diſtictionē ⁊ cautelā ſequūtͣ. ea iſte ꝟba ī qbꝰ ad claritatē ⁊ doctrine ui pl'rimū refert: ita ꝯfūdit ut ꝓ ꝟbo expetͤe ubicūq ī greco poſitū ē eligerͤ dicat. expetͤe atͭ nūq̄ dicat. quo facto tota pene doctrina ꝯfūdit. Quid dicā de extͣmis et mediis ī qbus Ariſtoteles uirtutes ⁊ uicia collocauit ⁊ ſingl'a ſcrutari nixꝰ ē q̄ hic inermis ⁊ rudis pauca ꝺ nr̄is: et hec ipa iepta: reliq̄ ut ſūt ī greco dimit-

tie:ut q illa legūt nihilo plus adipiſcat̃ q̄ ſi nihil legiſſet. Pre-
terea cū uirtuti oppoſitū nr̄i uiciū apellet/ qđ. Ci. placet dictū
ee/ex eo q̄a uituparile ſit: iſte neſcio qua ratiōe maliciā nūcupat.
Quod tū ineptū: tū inſolēs: tū uni9 certe ipbitatis nomē. nō u-
niuerſe uicioſitatꝫ. Ego igit̃ infinitis pene huiuſmodi erroribꝰ
pmotꝰ/cū hec indigna Ariſtotele: indignaq; nobis/ ac lingua nr̄a
arbitrarer/cū ſuauitatē hoꝝ librorꝫ q̄ greco ſmone maxima ē/ in
aſpitatē ꝯuerſā: noīa in torta: res obſcuratas doctrinā labefactā
uiderē: laborē ſuſcepi noue traductionis. in q̄ ut cetera omittam,
illud aſſequutū me puto/ut hos libros nūc pmū latinos fecerī cū
ante nō eſſent.

MNIS ars/oīſq; doctrina/ſimilit̃ aūt et actꝰ/& elec-
tio/bonū qđdā appete uidet̃. Quapp̄t bn̄ oñderūt
ſūmuz bonū/qđ oīa appetūt. Videt̃ aūt inter fines
dr̄a q̄dā: alii naq; ſūt opationes: alii p̄ter eas opa q̄dā. Quoruz
ꝓo fines ſūt aliq̄ p̄ter actiones/in his potiora ſūt opa q̄ opatioēs.
Sz cū m̄lti ſint actꝰ et artes et ſciē/ fit etiā ut multi ſint fines.
Nā medicine qdē ſaītas. nauicularie ꝓo nauigiū: rei militar/ at
uictoria: economice ꝓo diuicie. Quot aūt ſūt huiuſmodi ſub u-
na aliq̄ uirtute: q̄madmodū ars frenorū faciēdorū/ et alie ōnes q̄
ad ſtructurā equorū ꝑtinent/ſub equeſtri ꝯſiſtunt. Ipa ꝓo eque-
ſtris et omnis bellica actio ſub re militari: eodēq; modo alie ſub

·I· L· ethi

aliis. In cūctis aūt fines earū q̄ magis ꝑncipes ſunt oib9 inferio-
rib9 ſūt anteponēdi. nā illoꝝ gra̅ iſtos ꝓſeqmur. Nihil aūt re-
fert utrū oꝑationes ipe fines ſint actuū uel ꝑter ipas aliud qddā:
quemadmodum in his que apellantur ſciencie.

I igiť agibiliū finis qſpiam eſt que ꝓpť ſe ipm uelim9:
alia ꝟo ꝓpter illuz: nec oia ꝓpť aliud optam9 naz ſic in
infinitū eēt ꝓgreſſus. uanaqꝫ et ſtulta reſultaret cupiditas ma-
nifeſtū eſt id eſſe ſūmū bonū et optimuz. At q huiꝰ nimirū cog-
nitio ad nr̄am uitā multū cōferť ac ueluti ſignū ſagittarii hn̄tes
facili9 qđ oportet aſſequeremur. Quod ſi ita ē ānitendū eſt id
ipz quaſi ꝑ figurā cōphendere qd ſit et cui9 ſcienciaꝝ uł facul-
tatū. Videť ꝑfecto ei9 eſſe q̄ maxīe domineť atqꝫ ꝓſideat. Ta
lis ꝟo ciuilis appet. Hec eiz et quas diſciplinas in ciuitatib9 eē
et q̄les quēqꝫ ad diſcere: et quouſqꝫ oportet ipa diſpoit. Videm9
& honoratiſſimas facultates huic ſubeē ut rē militarē economicā
rhetoricā cūqꝫ ſcienciis reliqs: q̄r ē in agēdo op9 utať ac ꝑterea
leges ferat & qd agere qſqꝫ a quo ue abſtineř debeat ipa ꝯſtituat
ei9 ꝑfecto finis aliaꝝ fines ꝯtinebit. Itaqꝫ illud utiqꝫ erit ſūmū
humanū bonū. Etſi eiz idē eſt uni et ciuitati mai9 tn̄ et ꝑfecti9
ciuitati uideť i capiēdo et in conſeruando amabile quidez et uni-
ſoli pulcri9 tn̄ ac diuinius genti ciuitatibuſqꝫ. Intētio igiť circa
iſta ꝓſať ciuilis q̄dā ꝯſideratio exiſtens in qua dici ad ſufficiēci-
am putandum erit ſi ſecundum ſubiectam materiam declaretur.

·Nam certitudo q̄dem non eodem modo eſt in omnibus q̄renda:
queadmoduz in artificū opibus ·Honeſta ṽo et iuſta de quib9
ciuilis conſiderat tantam uarietatem et diſcrepantiam habēt ut
lege duntaxat nō aūt natura conſtare uideanť·talem quandam
et ip̄a bona habent uarietatem·ṗpterea q̄ ſepe ab illis accidunt
detrimenta·Iaz eniz q̄daz ob diuicias periſſe·alii ob fortitudinē·
·Satis ergo fuerit de his et ex his loquētes groſſo modo ac ueluti
per figuram ueritatem oñdere: et ſecūduz ea q̄ p̄ rimū fieri ſolēt
de huiuſmodi reb9 tranſigere·Eodemq̄ modo ſingula q̄ de his
dicent recipienda ſūt. Nam eius qui eruditus eſt eaten9 in uno
quoq̄ genere certitudinē exigere quaten9 ei9 rei natura recipit·
·Simile q̄ppe uideť a mathematico pſuaſionē recipe: et ab oratorē
demōſtrationē reqrere. ·Quiſq̄ bene iudicat que cognoſcit eorū
q̄ bon9 eſt iudex. Singula igiť is q in ſingulis ſimpliciter aūt is
q in cunctis eruditus eſt ·Ex quo fit ut iuuenis q̄dem neq̄ ido-
neus auditor ſit ciuilis diſcipline rudis ēīm eaꝝ reꝝ que in uita
uerſanť·Sermo aūt ex illis ⁊ de illis eſt ·Sequax ṽo adhuc affec-
tib9 exiſtens inaniter et inutiliter audiet cū finis ſit non cognitio
·ſz actio ·Nihil aūt dr̄t etate qs iuuenis ſit an morib9. Non eiz
in tēpore defect9 ſed in uiuendo et pſequendo ſingula ſcd̄m ani-
mi pturbationē. Nam talib9 q̄dem inutilis erit iſta cognitio q̄-
admodū his q incontinētes ſūt·Qui ṽo cupiditates ſuas ratio-
ni ſubiciūt iſta ſcirī mľtū admodū ṗderit ·Ac de auditorē q̄dē
⁊ queadmodū accipiēdū ſit: ⁊ q̄d ṗpoam9 hec p̄fatos ēē ſufficiat

VONIAM ꝟo ut ꝑdiximꝰ omnis cognitio atqꝫ electio bonum quoddam affectat: uideamꝰ qd eſt id quod ciuile dicimus affectare et qd omniũ agibiliũ ſupremũ eſt bonũ. Nomine qdẽ omnes fere cõſentiũt. felicitatẽ eĩm uulgꝰ ſimul eruditiqꝫ appellãt. Sꝫ et bene uiuere et bene agere ꝓ eodẽ accipiũt: et felicẽ eẽ. Quid ꝟo ipa felicitas ſit: de eo ſane intͤ ſe diſcrepant. nec idẽ uulgꝰ ſapienteſqꝫ tradidere. Naꝫ alii qddã ex his q̃ clara et maĩfeſta ſũt: ut uoluptatẽ aut diuicias: aut honorẽ. alii itẽ aliud ⁊ nõnũq̃ etiaꝫ unꝰ et idẽ diuerſa. Egrotãs eĩꝫ ſanitatẽ: paup diuicias. ignorancie ſue cõſcii eos q magnuꝫ aliqd et ſupra ſe dicunt admirantur. quidã ꝟo et preter hec bona aliud quiddam ipſum per ſe eſſe putant quod cauſa ſit omnibus his cur bona exiſtant. Cunctas igitͭ opiniones ſcrutari ſupuacaneũ forſã eẽt. Sufficiet aũt ſi illas que appentes ſunt aut rationem aliquam habere uideantͬ. Nec ꝟo nos lateat differre eos ſermones qui a pncipiis ſũt et eos q̃ ad principia. Recte eĩm Plato dubitauit q̃ſiuitqꝫ utrũ a pncipiis uia ſit an ad pncipia. q̃admodũ in ſtadiis ab his qui pmia ponũt ad finẽ uel ꝯ. incipienduꝫ quidem a notis eſt. Sꝫ hec bifariam. Alia eniꝫ nobis nota ſunt: alia ſimpliciter. Nos fortaſſe ab his q̃ nobis nota ſũt incipe debemus. Itaqꝫ bñ inſtitutũ moribꝰ eẽ oportet eũ q de boneſtate et iuſticia ⁊ õni ciuili rõne ſufficiẽtͬ ſit auditꝰ. Nã pncipiũ ẽ qa. ⁊ ſi hoc ſufficiẽtͬ ꝯſtat nihil opꝰ erit ꝓptͤ qd. ſꝫ q ita iſtitutꝰ ẽ aut iã hẽt pncipia

aut certe facilit̃ capiet· cui ꝓo neutrũ iſtorũ adſit: is audiat He-
ſiodũ· optim9 ille qdem· q p ſe omnia noſcẽs/ pceptor ſui ipe ſibi
meliora pegit· Ille bon9 rurſũ monit9 q recta ſequet. q nec ipe ui-
det/ neq; credit recta monenti: Hic nulla in parte utilis eſt.

SED redeam9 unde digreſſi ſum9· bonũ et felicitatẽ nõ abſq; rõe ex modo uiuẽdi exiſtimare uidet̃· Nã uulg9 qdẽ/ atq; honoratiſſimi uoluptatẽ. Qua ꝓpt̃ et ipi uitã adamãt uoluptuoſã · Tres eñ ſt̃ uite maxĩe pcipue· Illa quã nũc dicim9· Itẽ ciuilis· ẽcia ɔtẽplatia· Vulg9 igit̃ oĩno ſuile uidet̃/ uitã pecorũ diligẽdo· Suſtentãt̃ aũt ob id· qꝺ plerĩq; in poteſtatib9 cõſtituti/ inſtar Sardanapali uitã agũt · Elegantes aũt uiri/ et reb9 agendis apti/ honorẽ· Hic eñ fere ciuilis uite finis eſt · Sꝫ uidet̃ leuior q̃ is quem querimus finem· magiſq; in honorantibus/ q̃ in eo/ qui honoratur/ conſiſtere. Nos autem proprium quoddam et quod leuit̃ auferri nequeat/ ſumuꝫ bonũ uaticinamur · Inſup honorẽ ſeq uidẽnt/ ut ſe bonos eſſe confirment· itaq; a ſapientib9 q̃runt et apud illos maxime/ qui eos cognoſcunt et uirtutis cauſa laudari· Patet igit̃/ quantũ ad hos attinet/ uirtutẽ ẽẽ potiorẽ/ atq; eam fortaſſe qſpiam ciuilis uite finẽ magis putabit · Sꝫ uidet̃ et hec impfectior· naꝫ et dormire uirtutẽ habentẽ et nõ opari in uita recipere uidetur· et inſup maxima mala/ aduerſitateſq; ſubire· Eũ ꝓo/ qui ita uiuat/ nemo beatũ dicet/ niſi poſitionem cuſtodiens· Et de his quidẽ ſatis: nã et in coronis de his abũde

dictū ē ·Tercia ē ɔtemplatiua uita de q̄ in ſeq̄ntib⁹ ɔſideratio
nē faciem⁹ ·Pecuniis ꝓo intendēs uiolent⁹ q̄d ē. Ipe quoq; di
uicie neq̄q̄ ſūt id qđ querim⁹ bonū. Vtiles eīz ſūt et alteri⁹ grā.
Itaq; magis illa que ſupdixim⁹ fines quis exiſtimet q̄m ꝓpter
ſe expetūt: ſed appet nec illa eē quis multa ꝓba ī his ɔſūpta ſūt.

IS igit omiſſis de uniuerſali forſā pſtabit et queadmodū
dicat īqrere ·Quāq̄ hec queſtio pardua ſit ob amicos q y
deas introduxerūt ·Sz ꝓ defenſione ueritatis etiā ꝓpa impug
nare oportere pſtim phos magis forſan extimandū ē ·Naz cuz
ambo ſint amici piuz eſt ueritatem in honore pferre ·Hui⁹ opi
nionis latores nō ponebāt ydeas in qb⁹ prius ⁊ poſteri⁹ dicebāt.
Itaq; nec numeroꝝ ydeam cōſtituebant. Bonū aūt dr̄ et in eo qđ
qđ eſt et in eo qđ quale et in eo quod ad aliqd. quod ꝓo p ſe at
q; ſubſtātia ē pus natura q̄ id quod ad aliqd eſt. Nam id tanq̄
adiacēs qddam et accidens ſubſtācie uidet eſſe. Quare in his q
dē neq̄q̄ comuīs foret ydea ·Preteā cū bonū tot modis dicatur
quot modis dr̄ ens. Naz et in eo qđ qđ ut de⁹ et mēs ⁊ in quali
ꝟtutes et ī quāto menſuratū ⁊ ad aliqd utile et ī tēpore occaſio
⁊ in loco dieta et alia huiuſmodi manifeſtū ē non eē comune uni
uerſale et unum. Non eīz in omnib⁹ ſed in uno duntaxat pdica
mēto diceret ·Preteā cū eoꝝ q ſcđm unam ſunt ydeam una ſit
ſciencia certe et bonorū omniuz una ſciencia foret. Nūc aūt ſūt
plures etiā eoꝝ que ſub uno predicamēto ſūt. Ceu tꝑoris q̄dē ī

bello res militarꝭ: ĩ morbo medicina ĩ laborib9 ginnaſtica. Am bigat ꝓ̃o qſpiã qd dicere uelit ipm qðqꝫ. ſi qdẽ in ipo homĩe et ĩ hoĩe una atqꝫ eadẽ ratio hoĩs ẽ: Qua eiꝫ homo nihil differret. qð ſi ita: neqꝫ qua bonũ. Si quidẽ nec magis albũ id quod diuturnũ q̃ id qð uni9 diei. Probabili9 aũt uidet̃ dicere pithagorici: qui in ordine bonoꝝ unũ reponũt: quos et ſpeuſip9 ſequi uidet̃. ꝓ̃ũ ð his dicet̃ alio loco. Ex illis ꝓ̃oq̃ ſup̃ dixi9 dubitatio q̃dã ſub orta appꝫ q m̃ nec ð uniũſo bono ſmo hẽbat̃. Et q̃ nos ꝑ̃pt̃ ſe ipa appetim9 atqꝫ optam9 ſcðꝫ unã ſpeꝫ dicũt̃. Que ꝓ̃o hec efficiũt aut cuſtodiũt: aut ꝯ̃ria ꝑhibent ꝑ̃pter illa dicũt̃: et alio modo. Cõſtat igit̃ biſariã dici bõa: alia ꝑ̃pt̃ ſe ipa: alia ꝑ̃pt̃ illa. Que ergo ꝑ̃pter ſe bona ſũt ab utilibus ſepãtes ꝯſideremus ſi ſm unã dicãt̃ ydeã. Sꝫ q̃ ponẽda ſũt ꝑ̃pt̃ ſe bona: an quot ſola licꝫ quis ꝑſequit̃ ueluti ſape uidere: et uoluptates quidẽ et honores. Nã hec et ſi ꝑ̃pter alia pſeq̃mur tñ et ꝑ̃pter ſe ipa ĩ bonis quis repõat. an nihil aliud quicq̃ p̃terq̃ ydeã. Itaqꝫ ſupſlua ſpes erit. Sin aũt et hec ſũt ꝑ̃pter ſe bona eãdẽ ĩ cũctis rationẽ boni extare oportebit: queãdmodũ albedinis ĩ niue: et ceruſa. honoris aũt et prudẽcie et uoluptatis alie atqꝫ diuerſe ſunt rationes q̃ bona ſũt. Nõ eſt ergo bonum comune aliquid ſecundum unam ydeam. Queꝫ admodum ergo dicuntur. neqꝫ enim ſimilia uidentur his que fortuito equiuoca ſunt. Sed uidelicet ex eo quia ab vno ſunt. aut quia ad vnum cuncta conterminantur. uel potius ſecundum anologiã. Vt enim ĩ corpore uiſus. ĩ anima mẽs. Et aliud certe ĩ alio.

Sz hec fortaſſe nunc relinquenda ſunt. Nam ea trite diſcutet̄ alteri9 eēt philoſophie magis: Similit̄ aūt et de ydea. Si eīm unū qddā ē quod communiter d̄ oīb9 dicat̄ bonū/aut ſepabile ali qd p ſe clarū ē id non eē tale quod ab homine agi uel poſſideri queat. Nūc aūt tale aliq̄d querit̄. At forte uideri poteſt alicui meli9 eē id ip̄z cognoſcere gracia illorū bonorū q̄ agi/poſſideriq̄ȝ poſſūt. Nā ſi hoc tāq̄ exemplar habuerim9 magis itelligem9 q̄ nobis ſūt bona itelligentes ꝓo adipiſcemur. Hec ꝓba ſuaſionē cōtinēt q̄ndam. ſz ſciēciis diſſonare uident̄. Naz ille qdē omnes bonū affectantes. et quod deeſt ꝑqrentes/cognitionē huius pret̄ mittūt atq tm̄ ac tale auxiliū a cūctis artificib9 ignorari neq̄ȝ p qri/abſurduz eēt. Nec ꝓo appet qd cōferat textori/aut fabro ad artē ſuā/ſi ſciuerit qd ip̄m ſit bonū. aut qd medic9 aut dux pi tior fuerit. ſi ydeā ip̄az 9templat9 ſit. Neq̄ȝ eīz iſto modo ſani tatē cōſiderare uidet̄ medic9. ſed hominis ſanitatē. ymo forte hu ius. nam ſingulis medetur. ac de his quidem ſatis.

Vrſ9 ꝓo ad id q̄d q̄rim9 bonū qd tādē ſit redeam9. Videt̄ eīz aliud i alia mēſa/atq̄ȝ arte exiſter̄. ſi qdē aliud i medi cina aliud i re militari. aliud itē i aliis. Quid ergo i ſingl̄is erit bonū. nōne id cui9 gr̄a fiūt cet̄a. eſt aūt hoc i medicina ſanitas: i re militari uictoria: i architectura edificiū. itē i alio aliud. i oīni deniq̄ȝ actu/et iſtituto id q̄d finis ē. nā hui9 gr̄a cet̄a fiūt. Qua re ſi un9 aliqs oīū agibiliū finis ē id certe eēt ſūmū i agēdo bonū.

· Sin aẽ plures plura tranſcendẽs certe in idem recidit ſermo · Sʒ conandũʒ eſt et magis hoc declararĩ· Cuʒ ergo cõſtet plures eſſe fines et quoſdaʒ ex his aliorũ gracia expeti ceu diuicias fiſtulas omniaqꝫ iſtrumẽta patet nõ cũctos eſſe pfectos at quod optimũ ſit pfectuʒ eſſe conſtat· Quare ſi vnuʒ aliquid et ſolũ pfectuʒ ẽ id certe eſſet quod querit̃· Sin plura id quod eorũ pfectiſſimũ ẽ·

· Perfectius autẽ dicimus id quod ꝑpter ſe expetibile q̃ id quod ꝑpter aliud et id quod nũq̃ ꝑpter aliud q̃ ea que ꝑpter ſe ⁊ ꝑpter alia expetuntur· Et ſimpliciter quideʒ id perfectum quod ſemꝑ per ſe expetenduʒ eſt nec unq̃ porpter aliud· talis autẽ felicitas maxime uidetur eſſe · Nam eam quideʒ ſemper ꝑpter ſe ipſam nec unq̃ propter aliud expetimus· Honorẽ ꝟo et uoluptateʒ et mentem atqꝫ omnem uirtuteʒ tuʒ propter ſe ipſa expetimꝰ tuʒ propter felicitatẽ· per illã namqꝫ beatos fore nos credimus· Ipſaʒ ꝟo felicitatẽ neqꝫ ꝑpter illa neqꝫ omnino ꝑpter aliud qſq̃ expetit·

·Videt̃ aẽ et ex ſufficiencia idem probari· Perfectuʒ eniʒ bonuʒ per ſe ſufficiẽs videt̃ eſſe · Sufficiens aẽ dicimꝰ nõ ſibi ſoli uitã ſolitariaʒ uiuendi ſed parentibus et natis et vxori et amicis et ciuibus etiaʒ quoniaʒ natura homo ciuilis ẽ · Sumẽdus eſt tamẽ in his quideʒ terminus ne ſi ad natos natoruʒ et amicos amicoꝝ extendatur in infinitum fiat progreſſus· Sed de hoc alias conſiderandum erit · Sufficiens autem per ſe ponimus quod ſolum uitaʒ ſufficientẽ et optabilẽ et nullius indiguaʒ preſtat· Huiuſmodi autem putamus eſſe felicitatem · Inſuper omniuʒ maxime

expetibilē nō cōnumeratam. Nā ſi ɔnumeret̄ clarū ē cū minimo
bonoꝝ magis eſſe expetēdam cū bonoꝝ accumulatio ſit ꝗcquid
adiūgit. In bonis aūt ſemp maiꝰ ſit expetēdū. Perfectū ergo qui
dē et ſufficiēs p ſe uidet̄ eſſe felicitas agibiliū finis exñs. Enim
uero felicitatē eſſe ſummū bonū manifeſtū ē. Sꝫ qđ ipſa felicitas
ſit planius delucidari q̄rit̄. Forſan uero id fiet ſi opus hoīs dep
hēdat̄. Vt enī tibicī et ſtatuario ɔtiſqꝫ artificibꝰ ac omnino oībꝰ
his quoꝝ ē aliqđ opꝰ atqꝫ actio ī ope ipo bonū et bene uidet̄ eſſe.
Sic et homini ſiqdeꝫ eiꝰ aliqđ opus ē. Vtrū igit̄ fabri et ſutoris
aliqua opa ſunt et actus hoīs uero nullū ē opꝰ ſꝫ ad nihil agēdū
natꝰ ē. An ꝗadmodū et oculi et manꝰ et pedis ac ſinguloꝝ mē
broꝝ aliqđ ē opus ſic et hoīs pter hec oīa aliqđ opus poni debet.
Quid igitur hoc tandem erit. Nam uiuere quidem commune ui
det̄ etiam plantis. At nos ꝓprium querimus. Sequeſtranda eſt
igitur uegetatiua uita. Sequens aūt ſenſitiua quedaꝫ. Hanc etiā
boui et equo et omni animāti comunē eſſe conſtat. Reſtat ergo
operatiua quedam rationeꝫ habentis atqꝫ huius ptim ut ratiōi
obediens ptiꝫ ut habens atqꝫ intelligens. Cum uero et hec dupli
citer dicat̄ ponenda eſt illa que ſecundū rationem dicitur. Nam
pncipaliꝰ hec dici uidet̄. Quod ſi opꝰ eſt hoīs animi opatio ſm
rationeꝫ uel nō ſine ratione. Ideꝫ aūt dicimꝰ opus eſſe generꝫ hu
iꝰ atqꝫ huiꝰ ſtudioſi ut cytharedi ⁊ ſtudioſi cytharedi ⁊ ſimpli
cit̄ hoc ī oībꝰ excellētia ꝓtut ad opus adiūcta. Cytharedi enī ē
cytharā pulſare ſtudioſi bn̄ pulſare. Quod ſi ita ē hoīs aūt opus

ponim9 uitaȝ q̄ndaȝ hanc ꝓo eſſe actionē animi et opatōes cum
ratiōe. Studioſi aūt uiri bene hec et ꝓbe. Singula aūt bene ẜm
ꝓpriā uirtutē ꝑficiūt. Si ita eſt fit ut ſumū ſit hōis bonū animi
opatio ẜm uirtutē. Et ſi plures ſint uirtutes ẜm optimā ac ꝑfec
tiſſimā. Et ꝓterea in uita ꝑfecta. Naȝ una q̄dē irūdo nō facit
ver. nec una dies eodē modo beatū et feliceȝ. nec una dies nec ex
iguū facit tēp9. Et ſumū quidē bonū ita ↄcūſcripſiſſe ſufficiat.
Naȝ fortaſſe p̄mo figurādū ē. poſtea uero pingēdū. Videt̄ aūt
cuiuſq; eſſe illa q̄ bene ↄcūſcripta ſunt ꝓducē et mēbratī ꝑficer.

Tēpuſq; boꝝ repertor atq; adiutor ꝓb9 eſſe. Vñ artiuȝ facta
ſunt additamēta. Cuiuſq; eñi eſt id quod deficit adiungere. Me
miſſe aūt oportet eoꝝ que ſup̄ dixim9 nec exactā diſcuſſioneȝ
in omnib9 eodeȝ modo ſȝ ẜm ſubiectā materiā in ſingulis flagi
tare et inq̄tū diſcipline ꝓpriuȝ ſit. Naȝ faber q̄deȝ et geomet̄
differēter rectū inq̄runt. Alter q̃ntum ad opus utile eſt. Alter
q̄d ſit et quale cōtēplator eñi ueritatis. Eodeȝ modo in aliis faciē
duȝ ne extra opera plura ſint q̄ opera. Neq; uero cām eodē mo
do in omnib9 requirēdū. Sȝ ſatis ē in quibuſdā bene oſtēſu eſſe.
qa ſic eſt ut uti circa p̄ncipia. Quia ꝓo p̄muȝ et p̄ncipiū ē. Pri
cipioꝝ aūt q̄daȝ inductione ꝓſpiciunt̄ q̄daȝ ſenſu q̄daȝ ↄſuetu
dine quadaȝ alia iteȝ aliter. Conādū ē ut ſingula p̄ncipioꝝ ſe
cūduȝ nāaȝ ſuaȝ tractētur. Et ſtudendū ut recte diffiniant̄. qa
magnū ad ſeq̄ntia hñt momentū. Videt̄ aūt pluſq̄ dimidium to
tius eſſe p̄ncipiū. Multaq; ex his que q̄runt̄ p illud fieri ↄſpicua

[S]CRUTANDUM eſt igitur de ipſa felicitate nō ſolū ex cōcluſione et rationib9 ſʒ ex his quoqȝ que de illa referūtur. Nam uero qdem omnia conſonant falſo aūt cito diſſonat uerum. Cuʒ ergo tripliciť diuidanť bona et alia externa dicanť alia animi et corporis bona animi pncipaliſſima dicim9 et maxime bona. Act9 ūo ⁊ opationes animales animi eſſe ponim9. Itaqȝ recte quideʒ dicetur ſecundū hanc opinioneʒ antiquaʒ et a philoſophātibus approbatā. Recte etiā ꝙ opationes qdā et act9 fines eſſe phibentur. Sic enim ex bonis animi nō ex externis eſſet. Conſonat quoqȝ huic quod diciť bene uiuere et bene agere felicē. Fere nāqȝ bona quedā uita ⁊ bona actio dicta ē. Cūcta etiā q circa felicitatē qrunť huic adeſſe conſtat. Naʒ aliis uirt9. Aliis prudencia. Aliis ſapientia qdam eſſe uideť. Aliis hec aut horuʒ aliqd cū uoluptate aut nō ſine uoluptate. Alii ūo externā quoqȝ affluenciā circūplectunť. Hec ptim multi et antiq ptim pauci ⁊ pclari dicunt uiri quoꝝ neutros in totum aberrare putandū eſt. Sʒ in aliquo et pleraqȝ aſſequi recte. Illis ergo qui uirtutē omneʒ aut aliquam dicunt ꝯſonat ſmo. Nā hui9 qdem ē ſcōm ipſam operatio. Forte uero non modicū refert utruʒ in poſſeſſione uel in uſu optimū accipiatur et in habitu uł in actu. Fieri enim poteſt ut habitus exiſtens nihil peragat boni ueluti in dormiente ſeu aliter ocioſo ſed in actu hoc fieri nequaq̄ poteſt agat enim neceſſe erit et quidem bene agat. Et quemadmodum

in olimpia non optimi et fortiſſimi ſed qui certant coronant̄. nã
eorum aliqui uincunt ſic in uita bonoruꝫ et honeſtoruꝫ qui recte
agunt compotes fiunt. Horũ inſup uita ipſa per ſe uoluptatē
continet. Naꝫ uoluptatē ſuſcipe eſt aĩalium. cuiq; aũt uolupta
ti eſt id cuius amator dicit̄ ut equus amatori equoꝝ et ſpectacu
luꝫ amatori ſpectaculoꝝ eodẽq; modo iuſta amatori iuſtorum et
omnino ea q̃ ſcđm uirtutẽ talium amatori. Multitudini ergo
iocunda repugnant ob id q̃a nãa talia non ſunt. Probitatis ꝯo
amatoribꝰ iocunda ſũt nãa iocunda huiuſmodi aũt ſũt actꝰ ſcđm
uirtutẽ qui talibꝰ uiꝝ etiã per ſe ipſos iocundi ſũt. Neq; quo
rum uita indiget uoluptate quaſi adiuncta ſed ĩ ſe ipã habet uo
luptateꝫ. Non eſt p̄terea bonus qui bonis operibus nõ delecta
tur. nam neq; iuſtum dicet aliquis qui iuſtis neq; liberalem qui li
beralibꝰ nõ gaudeat et in aliis eodẽ modo hoc ſi ita eſt actiones
ſecundum uirtutem per ſe ipſas iocunde ſunt. Sꝫ et profecto
bone et honeſte et unaquaq; earum maxime ſi ſtudioſus uir bene
iudicat de ipſis iudicat autẽ ut diximus. optimũ ergo et pulcer
rimum et iocundiſſimuꝫ felicitas eſt. Nec ſeparãtur iſta ſecun
duꝫ epygramma deliacum pulcerrimuꝫ id quod iuſtiſſimũ opti
mũ ſoſpitalitatẽ habere iocundiſſimũ reamata potiri. nec enim
optimis operationibꝰ omnia inſũt. eas ũo aut eaꝝ unam que op
tima ſit dicimꝰ eſſe felicitatẽ. Indiget tñ ut uidet̄ et bonis exte
nis. Impoſſibile nãq; ẽ aut certe nõ facile p̄clara ab eo agi cui de
ſunt facultates. multa eniꝫ p amicos p diuicias p ciuilẽ potentiã

quaſi ꝑ inſtrumenta quedam fiunt · Quedam etiam ſi deſint be-
atitudinem maculāt: ueluti nobilitas ſoboles forma · Non ſatis
enim ad felicitatē habilis eſt homo penitus deformis neqꝫ igno-
bilis neqꝫ is qui ſolus et ſine prole ſit · Et forte multominus ſi
cui mali ſint filii aut amici aut ſi cum boni forent interierint · ut
ergo diximus addenda uidetur huiuſmodi proſperitas · Quāob
rem in eodem collocant quidam bonam fortunam ac felicitatem ·
· quidam ꝓ uirtutem ·

v NDE queritur utrum ꝑ diſciplinam aut ꝑ aſſuetudinem
uel alio quopiam modo ꝑ exerciciuꝫ acquiri poſſit ut diui-
na aliqua ſorte fortunaqꝫ proueniat · Si ergo aliud quicq̃ deoꝝ
eſt munus hominibus datū par eſt felicitateꝫ quoqꝫ donū eſſe de-
oꝝ ac tanto maxime humanarum rerum quanto id preſtabilius
eſt · Sed hoc forſan alterius conſiderationis magis proprium eēt ·
Videt aūt et ſi non a diis miſſa ſed ꝑ uirtutem ac diſciplinam
quandam aut exercitationem proueniat tamen diuiniſſimorū eē ·
Nam uirtutis premium finiſq̃ optimum quiddam et diuinum
beatumqꝫ uidetur · Eſſet etiam ualde comune cuꝫ poſſit cunctis
exiſtere non orbatis ad uirtutem per diſciplinam quandam ac
diligentiam · Quod ſi melius eſt hoc modo quam per fortunam
eē felicē rationabile ē ſic ſe habere · Si q̄dem ea q̄ ſcd̄m naťam ſt
ut optime ſe habere poſſūt ita ſunt · Similiter et illa q̄ ſcd̄m artē

et omnem cauſam ac maxime ſcđm optimam · Maximam ꝓ ac optimam rem fortune tribuere magna ꝑfecto eſſet abſurditas.

Conſpicuum eſt quod nūc querebat̄ etiam ex ſermone dictum eſt enim animi oꝑationem quandā ſcđm uirtutem. Ceteroꝝ aūt bonoꝝ alia ſub eſſe neceſſe eſt alia ad animi oꝑationem et uſum nata ſūt inſtar inſtrumentoꝝ. Hec dictis quoq; ab inicio conſonant. Nam finem ciuilis optimū ponebam9. Ea ꝓ plurimā facit diligenciam ut ciues quodāmodo diſponat atq; ipſos bonos et boneſtoꝝ actores efficiat. Recte igit̄ nec bouē nec equū nec aliud quicq̄ animantium felix dicimus. Quoniā nullum eorum huius oꝑationis particeps eſſe poteſt. Ea quoq; de cauſa nec puer felix eſt nā ꝓpter etatē nondū hec agere poteſt: et q dicunt̄ felices ꝓpter ſpem dicunt̄: opus eſt enim ut diximus perfecta uirtute et uita perfecta.

AM frequentes mutationes uarieq; fortune accidūt in uita fieriq; poteſt ut is q maxime floret magnas in ſenectute incidat calamitates: ceu in heroicis de Priamo fabulāt̄. Qui ꝓ tali fortuna fretus miſerabiliter finierit euz null9 cenſet beatū. An igit̄ nec alius quiſq̄ hominum beatus dici poteſt q̄diu uiuit. Sz iuxta Solonē ſpectare finem oportet. Quod ſi ita ponendū an tunc beatus eſt cum moritur. Vel hoc omnino abſurdum preſertim nobis qui dicimus operationem quandam eſſe felicitatem. Quod ſi mortuum non dicimus felicem nec Solon hoc uult ſed

tunc ſecure beatuꝫ dici poſſe cū iaꝫ extra mala calamitateſq̧ exi

ſtat· habet id etiam dubitationeꝫ q̄ndam cum uideatur mortuo

quoq̧ homini maluꝫ q̄dem eſſe et bonum quemadmodum uiuēti

nec ſentienti· ut honores īfamie filiorūq̧ ⁊ poſterorū ꝓſperitates

aduerſitateſq̧ · Hec etiam dubitationem afferunt quia fieri pōt

ut qui ad ſenectam uſq̧ beate uixerit deceſſeritq̧ eidem tamen

multa ac uaria circa filios contingāt alioſq̧ eſſe probos et cū dig

nitate uitaꝫ agere alios ꝓo contra. Patet igit̄ ꝙ ſi tranſeant hec

ad pentes uarie ſeſe habere illos contingere poteſt. Eſſet ꝓo ab

ſurdum ſi defunctus quoq̧ imutaretur et modo felix modo miſ

eſſet. Abſurdum etiam ſi res poſteroꝝ nihil penit9 ad parentes

nec ad aliquod tp9 q̄dē ptinerent · Sꝫ redeundum eſt ad id q̄d

primo queſiuimus. nam forte ex illo poſteri9 appebit · Si ergo fi

nem expectare oportet et tunc beatum dicere quemq̄ non ꝙ tūc

beatus ſit ſꝫ ꝙ prius erat beatus quomodo id nō abſurduꝫ ſiq̄dē

dum eſt felix non uerificet̄ in ipo id quod eſt quoniaꝫ beatos di

cere uiuentes non uolum9 ꝓpter mutationes et quoniam ſtabile a

liq̄d ad neq̄q̄ leuiter mutabile felicitatem putam9 fortuna ꝓo

ſepe conuertit̄ · Patet enim ꝙ ſi fortunam ſeq̄mur ſepe feliceꝫ ac

poſtea miſeruꝫ eundem dicemus ceu Cameleonta q̄ndaꝫ debilit̄

firmū pferētes feliceꝫ · Vel fortunaꝫ ſeq̄ neq̄q̄ recte cū bene uel

male in illa nō ſit ſed illi9 indiget uita humana ut dixim9 opa

tiones ꝓo ſcd̄m uirtutē domine ſūt felicitatis ↄ̄rie ꝓo ↄ̄rii · Te

ſtat aūt huic id quod modo queſiuim9 nulla q̄ppe ī re humana

certitudo tanta eſt quanta in opationibus ſcd̄m uirtutem. He
nāq ſtabiliores q̄ ſciēcie uident̄ eſſe. Sꝫ que illaꝝ honeſtiſſime
ſūt he plurimam habent firmitatem quoniam in illis maxime
et ꝯtinuatiſſime beati uiuunt. Hec tñ uidet̄ cauſa quo minꝰ cir
ca illas fiat obliuio. Exiſtit igit̄ beato id qḋ querit taliſq̄ erit
ꝑ totam uitaꝫ. Semp eim uel maxime oīum aget et cōteplabit̄
ſcd̄m uirtuteꝫ. Fortunāq̄ feret optime ac ꝑ oīa omnino decent̄.
hic eim ꝓo bonꝰ et quadrangulus ſine uitupatione. Cūq̄ multa
et uaria fortuna afferat ꝑua quidem ſeu illa proſpa ſeu aduerſa
non multum ſane habent momenti. Grandia ꝓo et multa ſi pro
ſpera ſint beatiorem uitam efficiunt. Nam et condecorare apta
ſūt et eoꝝ uſꝰ bonꝰ ſtudioſuſq̄ exiſtit. Si aūt aduerſa beatū con
terūt q̄deꝫ atq̄ inq̄nant nam et triſticiam afferūt et opationes
mltas impediūt ſꝫ tñ in ipis elucet bonū cuꝫ mlte et magne adū
ſitates leuit̄ ꝑferunt non ꝑp̄ inſenſibilitatem ſꝫ ꝑpter generoſi
tatē ac magnanimitatē. q̄ ſi opationes domine ſūt uite ut dixi
mꝰ nemo beatꝰ fieri miſer poteſt. Nunq̄. n. odioſa atq̄ imꝓba
faciet. uirū. n. ꝓe bonuꝫ ⁊ ſapientē arbitramur omneꝫ fortunaꝫ
decent̄ ꝑferre ac ſemp ꝑ facultate reꝝ optime agere ueluti et bo
nū ducē ꝑſentibꝰ caſtris bellatiſſime uti ⁊ ſutorē ex datꝪ ſibi pel
libꝰ calceum optimū facere et eodeꝫ modo alios oēs artifices. qḋ
ſi ita eſt felix nunq̄ miſer eſt nec tñ beatꝰ ſi i priami calamitates
inciderit nec certe uariꝰ nec leuit̄ mutabilis naꝫ neq̄ ex felicita
te facilit̄ mouebit̄ neq̄ a q̄bꝰuis adūſitatibꝰ ſꝫ ab ingentibꝰ et

multis. Ex talibus autē neq̄q̄ rurſus fieret felix in breui tempoꝛe. ſed in longo quodam ac perfecto multoꝝ ac preclarorum in eo potitus. Quid ergo ꝓhibet dicere illū eē felicem qui ſecunduꝫ perfectam uirtutem operetur et bonis externis ſufficienť abundet non in quouis tempore ſed in uita ꝑfecta. An ꝓo adiungenduꝫ eſt et ita uicturus moriturusqꝫ ſcd̄m rationem cum futurum qđ ē nobis incertum ſit felicitatem ꝓo finem et ꝑfectum omnino poſuerimus. Id ſi ita eſt beatos dicemus uiuentium q̄bus exiſtunt exiſtentqꝫ predicta beatos aūt homines ac de his quidem actenꝰ.

P OSTERORVM at amicorūqꝫ fortune qꝫ nihil ad nos pertineant dicere nimis ꝑfecto durum opinionibusqꝫ oīum uideretꝛ. Enī ꝓo cuꝫ multa ac uaria illis contingant magiſ qꝫ et minus ad nos perueniant ſigillatim ea diſtinguere ꝓlixum qdeꝫ infinitumqꝫ eſſet. Summatiꝫ ꝓo ſi dicant fortaſſe ſed erit. ut in ſe ipo contingentes aduerſitates quedaꝫ graues ſunt momētumqꝫ habent ad uitam quedam ꝓo leues magis uidenť ſic et in amicis ſimiliť oēs. Sꝫ utrū circa uiuos an circa mortuos iſta contingant id multo plus refert q̄ in tragediis ſcelera ut iam patrata narrari uel quaſi tunc patrentur. Conſiderandum eſt ergo et iſto modo qđ interſit. Imo fortaſſe querendum utrum hi qui deceſſerunt boni alicuius aut mali participes ſunt. Videtur enim ex ſi quicq̄ ex his ad illos pertineat ſiue bonuꝫ ſiue contrarium leue qddaꝫ aut paruū uel ſimpliciť uel ipſis eſſe. Deniqꝫ neqꝫ tm̄

neqꝫ tale ut beatos efficere qui non ſunt, aut illis qui ſunt auferr̄
beatitudinem queat. Pertinere igit̄ in aliquo uidentur ad de
functos proſperitates aduerſitateſqꝫ amicorum. Sed eatenꝰ dū
taxat ut nec felices facere non felices nec huiuſmodi aliq̄d poſſit.

HIS ergo ſic terminatis uideamus utrum laudabiliuꝫ an po
tius honorabilium felicitas ſit: nam potentiarum non eſſe
conſtat. Videtur autem omne laudabile quod quale aliq̄d ſit
et quodāmodo ad aliquid ſe habet laudari. Nam iuſtuꝫ et for
tem omnemqꝫ probitatem ac uirtutem ob facta actioneſqꝫ lauda
mus. Robuſtum autem et uelocem ac aliorū quemqꝫ ꝙ natura
talis eſt ac ita ſe habet ad bonum quiddā et ſtudioſuꝫ. Patet aūt
id ex deorum laudibus que ridicule uident̄ ſi ad nos referantur.
Hoc autem ex eo accidit ꝙ per relationem ut diximꝰ laudes fiūt.
Qꝙ ſi laus talium eſt conſtat optimoꝝ non eſſe laudem ſꝫ maiꝰ
quiddam ac preſtantius. Quēadmodum appet. Naꝫ deos feli
ces beatoſqꝫ dicimus et uiroꝝ eos qui maxime diuini ſunt beatos
appellamus. Eodemqꝫ modo de bonis. Nemo enim ſic felicitateꝫ
laudat ut iuſtum ſed ut diuinius quiddam ac preſtantius beatā
dicit. Videtur autem et eudoxus probe uoluptati principatuꝫ
defendere ꝙ cum non laudetur uoluptas ſic bonum preſtabilius
eſſe quidem ſignificari putabat q̄ ea que laudabilia ſunt. Ta
lem uero eſſe deum et ſummum bonum ad hec enim et alia referri.
Laus ergo uirtutis eſt ab ea namqꝫ honeſta agimus. Comē

dationes ꝓ operum tam corporalium ꝙ animalium ·Verum iſta trite diſcutere illorum fortaſſe magis proprium eſſet qui in his comendationibus elaborarunt. Nobis autem manifeſtum eſt ex his que dicta ſunt honorabilium et perfectorū eſſe felicitatē. ·Videtur autem et ob id ſic habere ſe quia principium eſt. Ei9 enim gracia cetera omnia omnes facimus principium ꝓ cauſam ꝙ bonorum honorabile quiddam diuinumq ponimus

c VM ergo ſit felicitas animi operatio quedam ſecundum uirtutem perfectam de uirtute ipſa uidendum eſt. Nam ſic fortaſſe melius felicitatem intuebimur. Videtur autem et is qui uere ciuilis ſit circa hanc plurimum laborare. uult enim ciues bonos efficere legibus obtemperantes. Exemplum huius habem9 Chretenſium et Laccedemoniorum legum latores et ſi qui alii tales fuerunt. ꝙ ſi ciuilis eſt iſta ſcrutari manifeſtū eſt ut ab initio prpoſuimus de illa eſſe querendum. Sed de uirtute humana uidelicet querere oportet. Nam bonum quiddam humanum et felicitatem humanam querebamus. Virtutem autem humanam dicimus non corporis ſed animi et felicitatem animi operationem. Hec ſi ita ſunt clarum eſt oportere ciuilem hominem ſcire aliquatenus ea que circa animum. Quemadmoduz qui oculos ac omne corpus curaturus eſt ac tanto magis quanto ciuilis honorabilior ac preſtantior eſt quam medicina. ꝙ ſi preſtantes

medici circa cognitionem corporis multum laborant·idem circa animum a ciuili homine eſt faciendum. ·Videndum eſt autem horum gracia et eatenus uidendum·ut ad queſita ſufficiat. Nā ulterius quidem ſcrutari operioſius forſan eſſet q̃ pro rerum ꝓpoſitarum qualitate. Dicuntur autem de illa et in externis ſermonibus ſufficienter quedam·quibus utendum eſt. Veluti unam eius eſſe partem ſine ratione·aliam rationem habentem ·Vtrũ ꝑo diuidant̃ iſta ſecundum corporis ꝑtes et omne diuiſibile. Vł ratione quidem duo ſunt·ſed diuiſionem minime recipere apta· ceu in circumferentia concauum et conuexum·nihil refert ad p̃ſẽs.

·Sed irrationabilis quidem ꝑtim comuni et uegetabili ſimilis ẽ· loquor autez de eo·quod cauſa eſt nutriendi et augmentandi, nā talem animi potentiam in cunctis que nutriunt̃ quis reponat. & in fetibus hanc ipam quoqꝫ imperfectis rationabilius q̃ aliquam aliaz. ·Huius igit̃ comunis quedam uirtus et non humana appet. Videt̃ eni in ſomnis maxime oꝑari hec pars atqꝫ potentia. ac bonus et malus per ſomnum minime diſcernunt̃. Vnde aiunt felices a miſeriis in dimidio uite nihil differre. Contigit autem hoc rationabiliter. Nam ocioſitas animi ſomnus eſt·que non dicitur bona uel mala·niſi in q̃tum aliqui parumper eueniunt motus: et q̃ meliora fiũt uiſa modeſtoꝝ hominũ q̃ quorũcumqꝫ. ſꝫ de his qdez ſatis et nutritiuaz omittendam·q̃a humane uirtutis exps eſt.

·Videt̃ etiam alia q̃daz natura animi irrationabilis eẽ ꝑticeps tamen aliquaten9 rationis ·Continentis enim et incontinentis

rationem et animi id quod rationem habet laudamus. Recte enim et ad optima prouocat. Appetit autem et aliud quiddam preter rationem illis ineſſe quod repugnat reſiſtitqꝫ rationi. Ut enim reſolute corporis partes ſi ad dexteram mouere uelis in ſiniſtram feruntur: ſic et in animo in contrarium feruntur incontinentium appetitus. Sed in corporibus quidem cernimus id quod peruerſe mouetur in animo uero non cernimus: ſed nihilominus putandum eſt in animo quoqꝫ eſſe aliquid preter rationem quod huic aduerſatur et obuiat. Qualiter autem aliud nihil differt. quatenus autem non ulterius repugnat rationi et hec uidetur particeps ut diximus. Itaqꝫ paret rationi continentis forte etiam magis obediens eſt et in temperato et forti: omnia enim conſonant rationi. Uidetur ergo et irrationabile duplex. aliud uegetabile non particeps rationis: aliud concupiſcibile et omnino appetibile et in tantum particeps in quantum illi obediens atqꝫ obtemperans eſt. ſic itaqꝫ patris et amicorum dicimus rationem habere. Non autem ut mathematicorum. Quod autem perſuadetur quodammodo a ratione id quod irrationabile eſt admonitiones increpationes cohortationeſqꝫ ſignificant. Sin autem dicere oportet hanc quoqꝫ partem habere rationem: duplex erit rationem habens: aliud principaliter et in ſe ipſo: aliud tanquam patri obediens quiddam. Diſtinguitur et uirtus ſecundum hanc differentiam. Dicimus enim illarum quaſdam eſſe intellectiuas quaſdam uero morales. Sapientiam quidem et ſolertiam et prudentiam intellectiuas. Liberalitatem autem et modeſtiam morales uocamus. Loquentes enim de moribus

nunꝗ̄ dicimus quia ſapiens aut ſolers: ſed quia mitis ac modeſtꝰ. laudamus et ſapientem ſecundum habitum. habitus vero eos qui laudabiles ſunt, uirtutes appellamus.

CVM VERO DVPLEX SIT VIRTVS. Alia intellectiua: Alia moralis. Intellectiua quidē plurimum ex doctrina generationem habet atqꝫ augmē tum. Quapropter experientia indiget et tempore. moralis autē ex aſſuetudine fit. Vnde et nomen habet paruū a more declinās. Ex quo manifeſtum eſt nullam moralium virtutum natura nobis ineſſe. Nihil enī eorū que natura ſunt aliter aſſueſcit. Veluti lapis cuius natura eſt ut deorſum feratur, nunꝗ̄ aſſueſceret ſurſum ferri, non ſi milleſies illum quis aſſuefaciendi gracia in altū proiiciat. Neqꝫ ignis deorſum. neqꝫ aliud quicquam ex his que aliter nata ſunt aliter aſſueſceret. neque natura ergo neqꝫ preter naturam inſunt nobis uirtutes. Sed ſumus nos quidem ad illas recipiendas natura apti: perficimur autem per cōſuetudinem. Preterea que natura nobis inſunt, eorum potentias prius ferimꝰ. Poſterius vero actus reddimus. quod in ſenſibus manifeſtum eſt. Non enim ex eo quia ſepe audiuimus aut ſepe uidimus, ſenſum accipimus. Sed contra habentes uſi ſumꝰ, non utentes habuimus.

ac virtutes acquirimus/operando prius/quemadmodum et in a
liis artibus. Que enim oportet/poſtq̃ didiſcerimus facere/ea faci
endo/addiſcimus. Ceu fabricando fabri: et cytharam pulſando
cytharedi/ſic iuſta agendo iuſti/et modeſta modeſti/fortes fortia
efficiuntur. Teſtatur id quod fit in ciuitatibus. Nam latores
legum aſſuefaciendo ciues bonos efficiunt. Et propoſitum quod
omnis legis latoris/hoc eſt. Quicũq; vero ex illis non bene agũt/
aberrant. Idq; inter bonam rez publicaz/malamq; intereſt. In
ſuper omnis virtus atq; ars ex hiſdem/atq; per eadem fit/corrũ
pitq;. Ex pulſatione eiz cytbare boni et mali fiunt cytharedi: eo
demq; modo comedi/et fabri/et alii omnes bene fabricando boni
erunt fabri/male autem mali. Quod niſi ſic eſſet/doctore non in
digerent/ſed omnes boni/aut mali eſſent. Sic et in uirtutibus res
ſe habet. Agendo enim que in commerciis hominum verſantur/
uel iuſti uel iniuſti euadimus. Agendoq; in periculis et conſue
ti metuere aut fidere fortes uel timidi ſum9. Simili modo in his
que circa concupiſcentiam/et in his que circa iram/alii temperati
et faciles/alii intemperati/et iracundi/prout hoc uel illo modo in
illis fit. At ut vno comprehendam verbo/ex ſimilibus actibus ha
bitus fiunt. Itaq; uidendum eſt/quales actus edamus. Nam
quales illi ſunt: tales habitus ſubſequuntur. Non parum igi
tur/ſed plurimum/ymo totum refert hoc/uel illo modo ſtatim ab
adoleſcentia aſſueſcere.

c VM igit̃ p̄ſens op⁹ nõ contemplationis gr̃a fiat· q̃admo-
duz et cetera· nõ eiz ut ſciam⁹ qd ſit uirt⁹· naz ſic nulla ei⁹
foret utilitas· ſz ut boni ſim⁹ p̄ſcrutamur· neceſſariũ ē de actib⁹
uidere qualiter agere illos oportet· nam in illis conſiſtit quales
ſint habitus ut oſtendi⁹· Oportere igitur ſecundum rectam
ratione agere comune ē et p̄ſuppoſitũ nobis exiſtat· que aũt rec
ta ſit ratio et quomodo ad alias ſe habet uirtutes poſtea dicet̃·

·Illud p⁹us a nobis ↄfeſſũ exiſtat q̄ omnis de reb⁹ agendis ſ̃mo
q̃ſi p figuram q̃ndaz et non p exactã diſcuſſionẽ tractari debet·
Quia ut ab initio diximus ſcd̃z mat̃iaz ſ̃mones ſunt exigendi· at
in reb⁹ agendis utilibuſq; nihil firmũ neq; ſtabile eſt ut etiã nec
in ſanis· Cumq; hoc habeat uniuerſum gen⁹ multo magis de ſin
gulis reb⁹ nulla certitudo tradi pōt· Cũ neq; ſub artez neq; ſub
p̄feſſionẽ aliq̃m cadant· Sz op⁹ eſt ut hi q agunt ſẽp ad tp⁹ con
ſiderent· Ceu ĩ medicina et in nauigatione· ſz q̃q̃ ita ſit tñ conã
duz eſt auxiliũ ferre ·Primũ igit̃ illud conſiderāduz eſt q̄ iſ
toꝝ ea nat̃a eſt ut defectu exceſſuq; corrumpant· ceu in uiribus
ac ſanitate uidem⁹ oportet eniz p obſcuris clara exempla indu
cer̃· Exceſſ⁹ eiz ac defect⁹ laborũ uires corrũpunt· eodẽ modo ci
bi ꝛ pot⁹ nimis magni aut nimis p̃ui ſanitatẽ corrũpũt· modera
ti faciũt augẽt ↄſuãt· ſic igit̃ ĩ fortitudine ac temp̃atia et aliis ũ
tutib⁹· q cuncta fugit ac formidat et nulli reſiſtit timid⁹ ē· q ue
ro nihil omnino formidat ſed aduerſus omnia uadit temerarius·
·Itemq; qui omni uoluptate potit̃ nec ulla ſe abſtinet intempans ē·

Qui ꝟo omnes fugit inſtar agreſtium inſenſibilis quidem eſt. Corrumpit enim tempãcia et fortitudo ab exceſſu et defectu. a medio aũt ſeruat. Nec ſolũ generationes et augmenta et corruptiones ex eiſdem et ab eiſdem fiunt: uerum etiam opationes in eiſdem erunt. Naꝫ in aliis que euidentiora ſunt idem accidit. ueluti in uiribus fiunt enim uires ex capacitate multi cibi ac ex tollerantia multoꝝ laboꝝ. et hoc maxime facere robuſtus poteſt. Sic et in uirtutib9. abſtinendo aũt a uoluptatib9 tempati efficimur facti aũt maxime poſſumus abſtinere.

SIGNIFICATIO aũt habitũ ex uoluptate aut moleſtia q facta ſeqt deꝑhendi ꝯuenit. q abſtinet a corporis uoluptatib9 ſi ob hoc ipm gaudet temꝑans eſt Sin moleſte fert intempans. Itẽ q ꝑicula ſubit et gaudet aut certe nõ dolet fortis eſt. q ꝟo dolet timid9 Circa uoluptates eiꝫ et dolores uirt9 moralis ꝯſiſtit Naꝫ ꝓpt uoluptateꝫ imꝓba facim9. et ꝓpt moleſtiam bene facere omittim9 Itaqꝫ ab ipa adoleſcencia inſtitutos eſſe conuẽnit ut Plato inqt ut ꝑ qb9 oportet gaudeam9 et doleam9 hec eiꝫ recta ẽ diſciplina Preterea ſi uirtutes ſũt circa act9 ꝛ affect9. Oẽm ꝟo actuꝫ et affectũ ſeqt uoluptas aut dolor uirt9 circa uoluptates ꝛ dolores erit Oñdunt hoc pene que ꝓpterea infligũtur. Sunt enim medicine quedam. Medicinarium autem ea natura eſt ut ꝑ contraria fiant Preterea ut ſupra diximus om̃is habitus animi ad illa et circa illa naturam habet que talia ſunt

ut illum meliorem aut deteriorem efficiant. Sed per uoluptates et dolores praui fiunt ſequendo et fugiendo uel quas non oportet uel qn̄ non oportet uel quotiens aliter a ratione talia pſcribantur. Quapropter uirtutes diffiniunt tranquillitates quaſdam et quietes non tamen bene ꝙ ſimpliciter dicunt ſed non ut oportet et quando et quecūq alia adiungantur. Subeſt igit̄ uirtutem eſſe circa uoluptates et dolores optimorum operatricē uícium aūt contra. Probat etiam illud quod cum tria ad capiendum repudiandumq conſilium pertineant honeſtū utile uoluptarium. Et tria his contraria turpe inutile moleſtum. Bonus quidem hec omnia recte conſequitur malus uero aberrat. Sed pcipue circa uoluptatem. Hec eniz cōis eſt animantib9 et cuncta que in electione cadunt ſubſequitur. Nam et honeſtum et utile iocundum uidetur. Cunctis etiam nobis puericia ſimul educata eſt. Quapropter arduum eſt hanc rem inſitam penitus uite noſtre reiicere. Regimus autem actus noſtros alii magis alii minus per uoluptatem et dolorem. Ob hoc igitur neceſſe eſt totum negocium circa illa uerſari. Non parum eſt enim ad res agendas probe aut improbe letari aut dolere. Inſuper difficilius eſt uoluptati repugnare ꝗ̄ ire ut Eraclitus inquit. circa difficiliora uero ſemper ars uirtuſq exiſtit. nam bene in hoc meli9 ē. itaq ob id quoq c̄ca uoluptates et dolores totū negociū eēt uirtutis et ciuilis. nāq bn̄ his utit̄ bon9 erit q male mal9. Eſſe igit̄ uirtutē circa uoluptates ⁊ dolores et ex qb9 fit ab eiſdē augeri

Atq; aliter factis corrumpi et circa illa operari ex quibus fit ſatis dictum eſt;

ED queret fortaſſe quiſpiam quemadmodum dicimus ꝙ iuſta agendo iuſtos et modeſta modeſtos fieri oportet. Nā ſi iuſta et modeſta agunt iam ſunt iuſti et modeſti ceu ſi gramatica et muſica gramatici et muſici. Vel non in artibus ita ſe habet. Nam fieri poteſt ut gramaticum quid agatur fortuito et alio ſuppoſito. Tunc igitur gramaticus erit cum gramaticum aliquid et gramatice faciet hoc eſt ſecundum eam gramaticam que in ipſo eſt. Preterea nequaq̄ ſimile eſt in artibus et uirtutibus. Nam que ab arte procedunt laudeꝫ in ſe habent. Quare ſufficit ſic illa exiſtere. Sed que a uirtute proficiſcuntur non ſatis eſt ſi ipſa iuſte quodammodo ſe habent et modeſte agantur. Sed ſi agens ita egerit primo ſi ſciens, ſecūdo ſi eligēs et eligens propt̄ ipā. tercio ſi certo et imobili iudicio agat. Ad certas ꝓ artes habēdas nihil hoꝝ reqrit̄ preterq̄ ſcientia at in uirtutibꝰ ſcire ipſum eſt aut nihil. uti ꝓ atq; exercere plurimum ymo totum ualet: ut pote que ex frequenti actione iuſtoruꝫ modeſtorumq; proueniat. Res enim tunc iuſta et modeſta dicitur quando talis ē q̄lem iuſtꝰ et modeſtꝰ ageret. Iuſtꝰ aūt et modeſtꝰ ē non q̄ hec agit ſꝫ q̄ ſic agit ut iuſti et modeſti agūt. Bene ergo dr̄ ꝙ qs iuſta agendo iuſtꝰ fit et modeſta modeſtꝰ. Non agendo aūt nullꝰ ut bonꝰ ſit ne curare q̄deꝫ uidetur. Sed plerīq; non ita faciunt.

Verū ad uerba diſputationez᷑ conuerſi/putant ſe philoſophari atq̄ ita uiros bonos fieri/egrotos imitati/qui uerba medicorum audiunt quidem diligenter. faciunt autem nihil ex his/que ſibi precepta ſunt. Vt ergo illorum corporibus non bene erit/qui ita curantur! Sic nec illorum animis/qui ita philoſophantur.

POST hec autem quid ſit uirtus conſiderandum eſt. Cum igitur tria ſunt/que in animo fiunt/affectus/potentia/habitus/horum certe aliquid uirtus erit. Affectus quidem uoco cupiditatem/iram/metum/audaciam/inuidiam/leticiam/amorem/odium/deſiderium/emulationem/miſericordiam/et uniuerſaliter illa/que uoluptas/aut moleſtia ſequitur. Potentias autem uoco ſecundum quas/illas ſuſcipere apti ſumus. ueluti ſecundum quas poſſumus iraſci: aut dolere: aut miſereri. Habitus autem/per quos bene/uel male ad affectus nos habemus. ueluti ad iraſcendum ſi uehementer/aut remiſſe/male. ſi mediocriter/bene. eodem modo et circa alia. Affectus ergo non ſunt neque virtutes neque uicia: quia ſecundum affectus non dicimur boni uel mali. Secundum virtutes autem: et uicia dicimur. Et quia ſecundum affectus non laudamur: neque uituperamur. Non enim laudatur/qui timet: nec/qui iraſcitur. Neque vituperatur/qui ſimpliciter iraſcitur: ſed/qui certo modo. At ſecundum uirtutes: et uicia laudamur et uituperamur. Preterea iraſcimur et timemus ſine electione.

Virtutes autez electiones quedam ſunt vel nõ ſine electione. Inſuper ſecundum affectus moueri dicimur ſecundum uirtutes: et uicia non moueri ſed certo modo diſpoſitos eſſe. Propter hoc etiam neqꝫ potentie ſunt. Nam neqꝫ boni neqꝫ mali ex eo dicimur quia facere poſſumus ſimpliciter neqꝫ laudamur neqꝫ uituperamur. Et preterea potentes ſumus natura at boni uel mali natura non ſum9. Diximus autem de hoc prius. Si ergo neqꝫ affect9 ſunt/neqꝫ potentie/reſtat ut habitus uirtutes ſint. quid igitur uirtus ſit generaliter dictum eſt.

ED oportet nõ ſolũ iſto modo ꝙ habit9 eſt ſꝫ qlis habit9 ſit dicere. Eſt ergo dicenduz ꝙ omnis uirtus et illud ipm cui9 uirtus ẽ bene ſe habens pficit et op9 ei9 bene reddit. ut ecce uirt9 oculi etiam oculum ſtudioſum facit et opus eius. Virtute eniz oculi bene uidem9 eodemqꝫ modo uirtus equi equum ipm ſtudioſum facit et bonuz ad currenduz/portandumqꝫ equitez/et expectandum hoſtes. Si ergo hoc eodem modo in omnibus ſe habet et uirtus certe hominis habitus erit ex quo bon9 uir fit et ex quo ſuum opus bene reddit. Quomodo autem id erit iam dictum eſt. Preterea et hoc modo patebit ſi inſpiciamus qualis ſit eius natura. Nempe in omni continuo ac diuiſibili et plus et minus et equale capi poteſt. Et hoc aut reſpectu rei aut noſtri. Equale vero medium quid eſt inter defectum et exceſſum. Dico autem medium rei quod equaliter diſtat ab utroque extremo

q̄d ē unū et idē in omnib⁹ · Reſpectu aūt nr̄i: q̄d neq̧ excedit
neq̧ deficit· Hoc aūt neq̧ unum neq̧ idem omnibus eſt · Veluti
ſi decem multa· duo pauca· ſex media capiant̄ in re eq̄lit̄ enim ex
cedunt et excedunt· Hoc medium eſt ſc̄d̄z ꝓportionē numeri Sz
quantum ad nos non ita capiendum: non enim ſi cui decez mnas
comedere multum eſt: duas autem parum magiſter ludi· Sex ei
dem tradet· Eſt enim fortaſſe hoc nimium: aut parū illi· q accep
turus eſt· Nam miloni parum· incipienti ꝟo ſe exercere nimiū·
Simile eſt in curſu ꝛ paleſtra· Hoc itaq̧ modo omnis ſciens exceſ
ſum uitat atq̧ defectum· medium aūt querit et eligit· mediū ꝟo
non rei· ſed reſpectu nr̄i· Si utiq̧ omnis ſciencia ſic op⁹ bene ꝑ
ficit ad medium ꝓſpiciens: et ad hoc opera ipa deducens· Vnde
dici conſueuit in recte factis: ꝙ neq̧ addi neq̧ demi quicq̄ po
teſt· ut pote exceſſu atq̧ defectu corrumpentibus: medio autem
ſeruante: boni autem artifices· ut diximus· ad hec reſpicientes fa
ciunt· Virtus autem omni arte certior ac melior eſt· quemadmo
dum natura· medii quidem erit coniectatrix· Loquor autem d̄
morali· nam ea uertitur circa affectus et actus: et in his eſt exceſ
ſus defectus et mediū· utputa metuere audere cupere iraſci mi
ſereri· et uniuerſaliter letari et dolere magis et minus· ac utraq̧
nō bene· ſed qn̄ et in q̄bus erga quos et cuius cauſa et ut oportet
mediū et optimū eſt· q̄d profecto eſt in uirtute· eodem modo in
actib⁹ eſt exceſſus et defect⁹ et mediū· Virt⁹ aūt circa act⁹ et af
fect⁹ uerſat̄ in q̄bus exceſſus q̄dē delinq̄t· defectus ꝟo reꝑhēdit̄·

medium aūt ꝓbat͛: ac recte ꝑficitur. Sed hec utraq̧ uirtutis ſūt.
Mediocritas ergo quedam uirtus eſt medii coniectatrix. Ad
hec delinquere multifariam eſt. Nam malum quidem infiniti ē
ut pithagorici putant. bonum aūt finiti. Recte aūt ꝑficē unice
dicitur. Quapropter alterum facile: alterum difficile eſt. facile
quidem aberrare: difficile autez eo ad quod intendas potiri. Et
ob hoc igitur uicii eſt exceſſus et defectus: uirtus autem medium.
Nam boni quidem ſimpliciter. multifariam autem mali. Eſt
ergo uirtus habitus electiuus in mediocritate conſiſtens quo ad
nos / ratione terminata: et ut ſapiens terminaret. Mediocritas
autem duorum uiciorum alterius ſecundum exceſſum alterius ſe
cundum defectuz. Et etiaz quia alia excedunt alia deficiūt ma
giſq̄ oportet in affectib⁹ et actibus. Virtus autem medium inue
nit atq̧ eligit. Quapropter ſecundum ſubſtantiam et rationez
quid illa ſit dictantem / mediocritas eſt uirtus. ſecundum ꝑo cō
mendationē ꝓbitatis ſūmitas. Non tamen omnis act⁹ nec oīs
affect⁹ mediocritatez recipit. Nam ſūt quedam que ſtatim ut
nominata ſunt ꝑuitatem connexam habent: ut maliuolentia / im
pudentia / inuidentia. Et in actib⁹ ſtuprū / furtum / homicidiuz.
Nam cūcta hec et huiuſmodi ita dicunt͛: quaſi mala ipa ſint nō
q̄ſi exceſſus aut defect⁹ ipoꝝ. Nunq̄ ergo in illis recte facer͛ dat͛.
ſʒ ſemp delinquit͛. Nec in illis eſt q̄ oportet / ꝛ qn̄ oportet / et ut o
portet. Sʒ ſimplicit͛ in quolibet iſtoꝝ delinq̄t͛. Et eodē modo di
cendū ē de iniuria et ignauia et luxuria: naʒ ſi alit͛ dicem⁹: eſſet

exceſſus ⁊ defect⁹ mediocritas ⁊ exceſſus: exceſſ⁹ ⁊ defect⁹: defect⁹. Sed queãdmoduȝ tẽpantie et fortitudinis non eſt exceſſus neqȝ defect⁹ quoniã ipe medie ſũt: et ſupreme ſic nec illaꝝ quas ſupra dixim⁹ mediocritas eſt: neqȝ exceſſus et defect⁹ ſȝ ut cũqȝ illa facias delinquis. Exceſſus eniȝ et defect⁹ nulla omnino eſt mediocritas. neqȝ mediocritati ipi⁹ exceſſus eſt aut defectus.

SED oportet ſermonẽ nr̃m non ad uniuerſuȝ modo gen⁹: uerũ ad ſingula coaptare. In uerbis enim que de actib⁹ habẽt uniuerſalia quidẽ comuniora: pticularia aũt ꝟiora exiſtũt. Naȝ et actus ipi circa ſingula uerſantur: quos certe his conſona re oportet. Cõphendenda igiẽ et deſcribẽda hec ſũt. Circa timores igiẽ et audacias fortitudo mediocritas ẽ. Excedẽtiũ ꝟo qui non timendo excedit ſine nomine ẽ. Multa ꝟo ſũt ſine nominibus. Qui vero audendo excedit: ferox: ſed qui in timendo excedit et in audendo deficit timidus eſt. Circa uoluptates ꝟo et dolores non omnes qdem ſed minus circa dolores media eſt temperantia. Exceſſus autẽ intẽperãtia. deficientes uero in uoluptatibus uix reperiũẽ. Itaqȝ ne nomen quidem ſortiti ſunt: ſed inſenſati uocentur. Circa dandas capiendaſqȝ pecunias media eſt liberalitas. Exceſſus vero et defectus hinc prodigalitas. Illinc auaricia. que inter ſe contrarie excedunt: et deficiunt. Nam prodigus quidem in erogando excedit in capiendo deficit. Auar⁹ aũt in capiendo excedit: in erogando deficit.

Fortitudo · circa que extrema

Temperantia · circa que extrema

Liberalitas · circa que extrema

Sed nunc ſumatim et p figuram dicimus: poſtmodũ diligentiꝰ de ipſis tractabimꝰ. Sunt ⁊ alie c̃ca pecunias diſpoſitiones: mediocritas ꝓo ẽ magnificẽtia. Magnificꝰ enĩ differt a liberali: Hic c̃ca magna: ille c̃ca parua ꝓſatur. Exceſſꝰ ẽ inexplebilitas: et vulgaris uentoſitas: defectꝰ ꝓo medioc̃tas. Differũt aũt hec ab his: q̃ c̃ca liberalitatẽ ſũt. Sed quomodo differant poſtea dicetur. Circa honorẽ et ĩhonorationẽ media eſt magnanimitas. Exceſſꝰ aũt iflatio dicit̃: defectus uero puſillanimitas. Vt autẽ diximus ad magnificentiã ſe habere liberalitatẽ et c̃ca parua differre: Sic ſe habet alia q̃dã ad magnanimitatẽ circa honores magnos exiſtẽtẽ: illa circa paruos. Eſt enĩ honores cupe ut oportet: et magiſq̃ oportet: et minꝰ. Vocat̃ aũt q̃ cupiditate honoris excedit: ambicioſꝰ. qui aũt deficit: remiſſꝰ. mediꝰ aũt innominatus eſt. Nam et diſpoſitiones ipſe innominate ſũt: p̃ter q̃ ambicioſi ambitio. Vnde certant extremi de media regione. Et nos mediũ q̃nq̃ ãbicioſũ dicimꝰ. q̃nq̃ remiſſũ: et modo unũ ⁊ modo alterũ laudamus. Id cur accidat ĩ ſequẽtibꝰ dicemus. Nunc de aliis eodẽ modo dicamꝰ. Eſt et c̃ca irã exceſſus ⁊ defectus: ⁊ mediocritas. ſ; ſũt fere ĩnominata. Medium tamen mãſuetũ ⁊ mediocritatẽ ipſã uocamꝰ mãſuetudinẽ. Qui ꝓo excedit: iracũdꝰ: et exceſſus ipe iracũdia. Qui aũt deficit ſegnis: et defectus ipe ſegnicies appellat̃. Sũt et alie tres mediocritates ſimilitudinẽ quãdã ĩt̃ ſe habentes: differũt tñ abiuicẽ. Omnes eĩ ſũt circa verborũ et actuum comunionem: Sed in hoc differũt: q̃ vna

rum ē ĉca uerũ: alia circa delectabile. et hoc ptim ĩ ioco: ptim in cunctis que ad uitã ptinẽt. Igitur de hiis quoq3 dicendum ē ut appareat medioctatẽ ĩ omib9 eſſe laudandã. Extrema ꝟo neq3 recta neq3 laudabilia: ſ3 reprehẽſione digna. Sunt etiã iſtaru3 plereq3 ĩnominate. Conãdũ tamẽ ē ut in aliis nomina fĩgere declarationis et ĩtelligẽtie gr̃a. ¶Circa uerũ igitur medius qdem grauis: ⁊ mediocritas ipſa grauitas appellatur. Simulatio aũt ſi excedat uanitas: et q illa utitur uan9. et ſi deficiat ironia et q illa utitur ironicus dicit̃. ¶Circa delectabile aũt ĩ ioco medi9 eſt comis et diſpoſitio ipſa comitas. exceſſ9 vero ſcurrilitas. et q ea vtit̃ ſcurra. Defectus aũt ruſticitas: ⁊ q ea utitur ruſticus. ¶In reliquo aũt delectabili qđ ĩ uita ꝓſat̃ qui vt oportet iocundus ē amic9: ⁊ medioctas amicia. Qui excedit ſi nulli9 gr̃a laſciu9: ſi ſui lucri cã facit hoc adulator. Qui autē deficit: ⁊ in cunctis moleſtus eſt contentioſus et inhumanus uocatur. ¶In affectibus quoq3: et circa ipſos mediocritates ſunt. Nam verecundia quidẽ uirt9 nõ eſt. laudat̃ tamẽ verecũd9: quoniã is medius dicit̃. Qui ꝟo excedit: ⁊ ĩ cũctis ueretur: pauid9. Qui autē deficit impudẽs uocat̃. ¶Indignatio aũt media ē int̃ iuidiã: et pũſu3 gaudiũ. Verſatur aũt ĉca voluptatẽ aut dolorẽ prouenientẽ ex hiis que ꝓximis cõtigunt. Indignans eni3 moleſte fert cũ indigno alicui ꝓſperitas eſt. inuidus nunc excedens in cunctis turbatur ac moleſte fert. Peruerſe autem gaudens non modo non dolet ſ3 letatur. Veru3 de his alio loco dicendi tẽp9 erit. ¶De

iuſticia vero quoniaꝫ nō ſimplicit̃ illa dicitur, paulopoſt diſtinguentes de vtroq; dicem⁹ quomodo mediocritates ſunt: et eodē modo de rationabilibus virtutibus.

ED cuꝫ tres ſint diſpoſitiones: due qdē viciorꝫ ī exceſſu et defectu. Vna uirtꝰ q̄ mediocritas ē omnes ad īuicē quodam modo opponūtur. Extreme qdē: et illi que media ē: et ſibi ipſis īter ſe ꝯrie ſūt: media aūt extremis. Vt enī equale ad minus maius: ad maius minus eſt: ſic medii habitus defectus excedunt. exceſſib⁹ aūt deficiūt. et ī affectib⁹ et ī actib⁹. Fortis enī ſi ad timidū comparetur, ferox uidebit̃: ſi ad ferocē timid⁹. Itē temperatus: ſi ad īſēſatū cōparet̃ ītēperās: ſi ad ītēpantē īſēſat⁹. Liberalis quoq; ſi ad auarū ꝯparet̃ ꝓdigus: ſi ad ꝓdiguꝫ auar⁹ videbit̃. ¶ Itaq; extremi reiciūt mediū: alter ad alterū. Timid⁹ fortē uocat ferocē: ferox ꝓo timidū vocat. Eodēq; modo ī aliis. Que cū ita ſint maior ꝯrietas ē īt̃ extrema adīuicē q̄ ad mediū. Nā lōgi⁹ diſtāt īt̃ ſe: q̄ a medio: ut magn⁹ a paruo. paruus a magno: ꝛ vterq; ab equali. ¶ Eſt inſup extremis: quibuſdā ad mediū ſimilitudo ut ferocie ad fortitudinē et ꝓdigalitati ad liberalitatē. Ipſis ꝓo extremis īt̃ ſe plurima diſſimilitudo ē. Que ꝓo plurimū īt̃ ſe diſtāt ꝯria diffiniūt. itaq; mag ꝯria que magis diſtant. ¶ Sed medio ī qbuſdā exceſſus: in qui

buſdã defect9 magis opponit̃: Vt ecce fortitudini q̃dẽ non ferocia q̃ ẽ exceſſus: Sʒ timiditas ẽ defectus opponitur. Tempãtie aũt nõ īſẽſibilitas q̃ ẽ defect9: ſʒ ītẽperãtia q̃ ẽ exceſſus ¶ Accidit aũt hoc duabus de cauſis. Primo ex ipſa re quãdo alterũ extremum ꝓprius ⁊ ſimili9 ẽ medio et ideo nõ ipſũ ſʒ magis aliud opponit̃. Veluti quoniã fortitudini ſimilior eſſe uidet̃ ferocia et ꝓpinquior: Diſſimilior ꝓo timiditas: Hanc magis oppoſitã dicim9. Que eñ magis abſũt a medio: ea magis ꝯ̃ria uidetur eſſe. Hec igitur una eſt cã ex ipſa re ¶ Alia ex nobis ipſis. Ad que enĩʒ magis natura īclinati ſumus: ea magis ꝯ̃ria medio uident̃. Veluti cũ ipſi proniores natura ſum9 ad uoluptates: atq; ex eo ꝓcliniores ad luxuriaʒ: q̃ ad cõtinẽtiam: eã magis ꝯ̃riã dicimus: ad q̃ inclinatio magis fit: et ob id intempantia que eſt exceſſus magis contraria eſt temperantie

q Vod igitur uirt9 moralis medioc̃tas ſit et quomodo et ꝙ duorũ uiciorum medioc̃tas alterius ſecundum exceſſum: alterius ſecundum defectum: et ꝙ talis eſt propter coniecturaʒ medii in affectibus atq; actibus ſatis dictum eſt. Quãobrem opus ẽ ſtudioſũ exiſtere. Nã ĩ capiendo medio tota uis cõſiſtit. Atq; ut circuli mediuʒ ꝯprehendere nõ cuiuſq; ẽ ſʒ tãtũ ſciẽt. Sic iraſci et pecuniã dare facile eſt: et cuiuſq;. Sʒ cui et quãtum et quomodo et q̃obrem id quidem non amplius cuiuſq; eſt neq;

facile. Itaq; recte facere rarū: et laudabile: et pclarum ē. ❡ Quo
circa oportet cum quis mediū aſſequi vult: ante oīa lōgiꝰ abire
a magis ɔ̄rio. Vt Calipſo monebat. dicēs ext̄ fumum: ⁊ fluctū
nauē adige. Naꝫ extremoꝝ alterū magis: alteꝝ minus peccat.
❡ Cuꝫ itaq; mediū aſſequi ſūme difficile ſit: q̄ ſecundo loco ē mi
nima maloꝝ capiēda ſunt. Hoc aūt fit maxime p hunc modum
quē diximꝰ. ❡ Conſiderādū eſt eīꝫ ad que nos pniores ſumus.
Nam alii ad alia natura feruntur: id itelligetur ex uoluptate:
et moleſtia que nobis puenit. In ɔ̄riuꝫ aūt nos met ipſos retrā
here āc reniti debemꝰ. longe enī a delinquēdo ſecedētes mediū
īuenimꝰ. Inſtar eorum q̄ flexa ligna rectificāt. ❡ In omibus ma
xime cauēdum ē a uoluptate. Non eīꝫ icorrupti de illa iudicāꝰ.
Quod igitur ſeniores populi paſſi ſūt erga Helenam hoc pati
nos couenit erga uoluptatē: et illoꝝ dicere uocē. Nam ſic illam
tranſmittētes minus errabimꝰ. Hec igitur faciētes ut ſūmatiꝫ
dicam maxime ualebimus mediuꝫ adipiſci. ❡ Arduū certe hoc
et precipue in ſingulis. Nec facile determinare quomodo: ⁊ ad
uerſus quos: et p quibꝰ et quouſq; iraſcēdū eſt. Naꝫ et nos quā
doq; eos q non iraſcūtur laudamꝰ: quādoq; eos qui iraſcuntur.
Et illos mites. hos feroces uocamus. Sed qui parum excedit i
alterutrā pte nō uituperatur: qui ꝟo multū: is latere nō poteſt.

Sꝫ quātū: ⁊ quouſq; uituperādꝰ ſit: nō facile ē diffinire ꝟo
nec aliud quicq̄ ſenſibilium. Horum aūt in ſingulis iudicium ē
et i ſenſu. Illud duntaxat claꝝ eſt: q; medius habitꝰ i cunctis lau

datur. Et ꝙ declinare oportet quandoqꝫ ad exceſſum: quádoqꝫ ad defectum. Sic enim facilime medium adipicemur.

IGITVR cuꝫ virtus circa affectus et actus verſetur ac in his que uoluntaria ſūt laudes et uitupationes: In his que vero in uoluntaria uenia et interdū miſericordia locū habeāt: neceſſariū forſan ē de virtute tractātib9 uolūtariū: ⁊ iuolūtariū diffinire. Vtile etiam leguꝫ latoribus ad premia penaſqꝫ conſtituendas. Videnť autē iuoluntaria eſſe illa que per vim vel ignorantiā perpetrantur. Violentum eſt cuius principiuꝫ ab extra tale exiſtit in quo agens uel patiens nihil confert. Veluti ſi uentus tulerit aliquo uel homines prepotētes. Que vero ppť metum maioris mali: vel ppter bonum aliquod fiunt: ut puta ſi tirannus turpe aliquid iubeat habens in poteſtate parentes et liberos: et ſi pareatur: ſeruentur. ſi non pareatur interficiātur: Dubitatur vtrum ea uoluntaria: an inuoluntaria ſint dicenda.

Tale aliquid accidit in actibus qui propter tempeſtateꝫ fiunt. Nemo enim ſane mentis ſua ſponte iactat: ſed pro ſua ſalute et ceterorum. Mixti ſunt igitur huiuſmodi actus: ſꝫ magis ſimiles uoluntariis. Nam in electione ſunt tunc cum fiunt. Finis autē agēdi ſecūduꝫ tēpus exiſtit. Et uolūtariū igiť: et inuoluntariuꝫ tunc cuꝫ agitur dicēdum eſt. Agit aūt volens. Et eī pricipium mouēdi organicas ptes ī talib9 actionib9 in ip

ſo ē. Quorũ aũt in ipo principiũ eſt: ĩ eo quoqꝫ vtrũ agat uel nõ agat. Quare uoluntaria ſũt hec talia. licꝫ ꝑ ſe fortaſſe ĩuoluntaria. nemo eĩꝫ tale aliquid ſpõte faceret. ¶ In huiuſmodi aũt actibus quãdoqꝫ laudãt q turpe aliquid et doloroſũ ſubit ꝓ magnis aliqbus: et honeſtis. quãdoqꝫ uituperãt. Nam turpiſſima qdem ferre ꝓ nullo honeſto uel mediocri/ improbi ē. ¶ In qbuſdã etiã laus nõ cadit: ſꝫ uenia cũ quis ea fecerit q nõ oportet/ Ob quedã ĩtollerabilia que humanã naturã tráſcẽdũt. ¶ Sũt etiã quedã ad q̃ nemo cogi debeat: ſꝫ mortẽ potiꝰ ac extrema omĩa pferre. Nã Almeonem Euripidis que compulerũt ad necẽ matris ridicula uidẽt. Difficile iterdum ē iudicaꝛ quale ꝓ quali ſuſcipiẽdũ ſit: et quid ꝓ quo ſuſtinẽdũ. Difficiliꝰ etiã poſtq̃ cognoueris ĩ ſentẽtia ꝑmanere. Plurimũ eĩꝫ accidit ut ea que expectantur/ doloroſa. illa vero ad que compellimur/ turpia ſint. Quare laudes ⁊ uituperationes circa eos ſũt q cõpelluntur aut nõ compelluntur. Violenta itaqꝫ ſimpliciter dicẽda ſũt quando externa eſt cauſa: nec agẽs quicq̃ cõfert. Que ꝓo ꝑ ſe ipſa inuoluntaria ſũt: Sꝫ nũc et ꝓ aliis ſuſcipiẽda: et cauſa ĩ agente eſt: Ipſa qdẽ ꝑ ſe ĩuolũtaria ſũt. ſed nunc et ꝓ aliis uolũtaria. Magis ꝓo uoluntariis ſimilia: Agimus eĩꝫ ſecũdum ſingula et hec uolũtaria ſũt. ¶ Qualia ꝓo ꝓ qualibꝰ ſuſcipiẽda ſint nõ facile tradi poteſt. Multe eĩ differẽtie ĩ ſingulis ſunt. ¶ Quod ſi quis iocũda: ⁊ honeſta dixerit uiolẽta eſſe quoniã illa ab ext̃ cõpellũt. Omĩa hic uiolẽta foret. nã hoꝝ cã omĩa omnes faciunt.

Et qui uiolẽter et inuite moleſte. Qui ꝓpter delectationẽ cũ uoluptate. Ridiculũ itaqꝫ eſt accuſare externa: ac nõ ſe ipſꝫ potiꝰ: q ab his facile capiatur. Et honeſtoꝝ qdem ſe ipſũ: turpiũ ꝓ uoluptatẽ. Videtur itaqꝫ uiolẽtũ id eſſe: cuiꝰ pricipiũ externum ẽ: nihil cõferẽte illo: cuiꝰ affertur. Quod ꝓ p ignorãtiam fit nõ uolũtarium omino ẽ. Sꝫ illud iuolũtariũ cuiꝰ poſtea dolorem penitudineqꝫ ſuſcipimꝰ. Namqꝫ p ignorãtiam quid facit: nec poſtea feciſſe dolet: uolẽs qdem nõ fecit: qđ neſciuit: nec ruſꝰ iuitꝰ: qđ nõ dolet. Ergo q p ignorãtiã facit: ſi peniteat: iuitus feciſſe uidetur. Si nõ peniteat: cũ alius ſit: eſto nõ uolũtarius. Nam melius eſt ut nomẽ ꝓpriũ habeat. Aliud autem videtur p ignorãtiam facere: aliud ignorantẽ eſſe. Ebrius autẽ aut iratꝰ nõ videt p ignorãtiaꝫ facere: ſed p aliquod ex pdictis non ſciẽs: ſꝫ ignorãs. Ignorat eiꝫ omis flagicioſus q facer a qbꝰ ve abſtinere oportet. Et ꝓpter huiſmodi errorẽ iniuſti ac mali fiunt. Inuolũtariũ dici debet nõ quãdo quis ignorat vtilitatem. Non eiꝫ ignorãtia que i electione cõſiſtit cã eſt iuolũtarii: ſed prauitas: nec q i vniuerſo uitupantur enim ꝓpter hãc: ſed q in ſingulis: in qbus et cca que actus ſunt. Nam i his cõmiſatio et uenia locum habent. Qui enim aliquod hoꝝ ignorat iuolũtarie facit. Forſitan ergo non peius fuerit: que et quot iſta ſint determinare: et quis itaqꝫ et quid: et circa quid: ꝫ in quo agit: interdum etiam quo: velut inſtrumento: et cuiꝰ gratia vt ſalutis: et quomodo: ut ſenſim: vel uehemẽt. Cuncta igit hec nemo

nõ iſan⁹ vtiq́ ignorabit. Clarũ ergo q̄ nec agẽtem. nam qua ratione ſe ipm. Sʒ quid agit quis ignorare poteſt. Veluti cũ aiũt excidiſſe ſibi: vel neſcire q̄ arcana eſſẽt ut Eſthil⁹ ð miſteriis: aut mõſtrante uolẽtem dimiſiſſe ut qui cathapultã credere põt quis eſſe hoſtẽ qui fili⁹ ſit: ut merope accidit: et haſtã emiſſã rotari aut lapidẽ punicẽ eſſe: ⁊ cum ſalutis cã pcuſſerit necare: uł cum docere uoluerit: ut magiſter ludi gladiatorii ¶ Cum igit̃ c̃ca hec oĩa ignorãtia ꝓſetur in q̄bus ſũt act⁹ q hon aliquid ignorabit iuitus videt̃ feciſſe: et maxime ĩ pricipaliſſimis. Pricipaliſſĩa aũt vidẽtur eſſe illa ĩ q̄bus actio ẽ: et cui⁹ grã. Per talem itaq́ ignorãtiam inuolũtarium dicit̃: et pterea factũ ipʒ dolorẽ et penitudinẽ afferat oportet. ¶ Cum aũt iuoluntariũ uiolentum et p ignorãtiã: Volũtarium utiq́ videbit̃ eſſe: cuius in ſe ipſo pricipiũ ſciẽte ſingula que agit. Forſan eiʒ non bene dicitur illa eſſe inuolũtaria que p iraʒ aut concupiſcẽtiam fiũt. Primo eĩ nullum aliud animal uolũtarie ageret nec pueri etiã. Deinde utrũ nihil uolũtarie agim⁹ ex his q̄ p irã et cõcupiſcẽtiaʒ uel honeſta q̄dẽ uolũtarie: turpia q̄dẽ iuolũtarie. Vel ridiculum ẽ cũ vna ſit cauſa ¶ Abſurdum ꝓo dicere illa iuolũtaria eſſe que appetere oportet. At iraſci oportet ĩ q̄buſdã: et cõcupiſcere quedã ut ſanitatẽ et doctrinã ¶ Videt̃ aũt iuolũtaria dolorẽ afferre. Sed que cõcupiſcim⁹ delectãt ¶ Inſup quid refert iuolũtaria ſũt q̄ p cogitationẽ uel p irã deliquũt. Vtraq́ ſane fugiẽda ſũt ¶ Sʒ uidet̃ nõ mi⁹ humani eſſe irrationabiles

affectus. Actus vero hominum ab ira et concupiſcentia ſunt: q̄ inuoluntaria ponere abſurdum eſt.

P Oſtq̄ voluntarium et inuoluntarium diffiniuimus: conſequens eſt ut de electione dicamꝰ. Ea nāq̧ familiariſſima videtur eſſe uirtus et magiſq̄ res ipſe mores oſtēdere. Et electionem voluntarium eſſe conſtat. Non idem tamen. Nam voluntarium latius patet. Voluntarium ei et pueris et aliis animantibus comune eſt. Electio uero non. Et repentina volūtaria quidem dicimus electionē ꝓo nō habere. Qui vero ipſam dicunt eſſe concupiſcentiam/uel iram/uel uoluntatem/uel opinionem quandam: recte dicere non uidentur. Non enim comune quiddam electio eſt: nec rationalium: ſed concupiſcentia et ira comunia ſunt. Et incontinens concupiſcens quidem. ſed non eligens agit. Continens uero contra: eligens quidem: ſed non cōcupiſcens. Electioni cōcupiſcētia aduerſatur. Concupiſcentia ꝓo concupiſcentie nequaq̄. Preterea cōcupiſcētia voluptarii atq̧ moleſti. Electio autem neq̧ moleſti neq̧ voluptarii. Ira enim minus. Nam que per iram fiunt: minime per electionē fieri uidentur. Sed nec uoluntas: Quamuis propiquū quiddā apparet. Nam electio non eſt impoſſibiliū: et ſi quis hāc electionem uocet: deſipere uidebitur. At voluntas impoſſibilium eſt: veluti immortalitas. Eſt etiam voluntas circa illa que ab eo ipſo qui vult: nequaq̄ fiūt: uel uti hiſtrionē aliquē/uel pugilē

vincere. Verũ hec talia eligit nemo. Sed ea dũtaxat q̃ ipe facere
poſſe exiſtimat ¶ Inſup uolũtas finis eſt magis. Electio autẽ
eorũ que ſũt ad finẽ. Vt puta ſanos eſſe uolumꝰ. Eligimꝰ autẽ
illa p̄ que ſani ſumꝰ: et felices eſſe uolumꝰ. Eligimꝰ autẽ dicere
nõ cõgruit. Omnino aũt uidet̃ electio c̄ca illa ꝟſari: que in nr̃a
ſũt poteſtate. Sz nec opinio qdẽ erit. Nã opinio c̄ca oĩa uide-
tur eſſe: nec minꝰ circa eterna ⁊ ĩpoſſibilia quãq̃ c̄ca illa que ĩ no-
bis ſũt. Nec bono ⁊ malo: ſz ꝟo et falſo diſtiguit̃. At electio
p̄ illa magis. Sz ĩ totũ eſſe idem electione ꝙ opinionẽ nemo for-
taſſe dicet ¶ At certe nec in p̄te aliqua idem eſt. Nam ꝓpter
electionẽ bonoꝝ aut malorũ tales aliqui ſumus ꝓpter opinionẽ
aũt non ¶ Et eligimꝰ cap̄e aut fugere aut aliquid huiuſmodi:
opinamur aũt quid res ipa ſit: ⁊ ĩ quo cõducat: et q̃ ratione uti-
lis ſit. Capere ꝟo aut fugere non minꝰ opinamur ¶ Et electio
laudat̃ magis: qa quod opꝰ elegerit: q̃ quia rectum elegerit.
Opinio aũt ꝓpter ꝟitatẽ laudat̃ ¶ Et eligimꝰ que mag̃ ſcimus
bona eſſe. Opinamur aũt q̃ nõ multũ ſcimus ¶ Nec ſane idẽ ui-
detur eligere optĩa ⁊ opinari. Sz opinãt̃ qdã melius. At tamẽ
ꝓpter prauitatem deteriora eligunt ¶ Verũ ꝟo anc̄edat electio
nem opinio an mag̃ ſeqtur nihil refert: neq3 eĩ id q̃rimꝰ. Sz an
idẽ electio ẽ q̃d opinio quedã. ¶ Quid igit aut quale ẽ electio.
cũ p̄dictoꝝ nihil ſit: uolũtariũ qdẽ eſſe cõſtat. Sz nõ omẽ volũ-
tariũ electionẽ h̄z. Ad id tãtũ cuiꝰ ɔſultatio anc̄edit. Naz elec-
tio cuz ratione et cogitatione eſt. q̃d et nomen ipſum ſignficare

uidet᷑ q̄ſi e quibuſdā ꝓpoſitis unuȝ aliquod legat᷑ ideſt capiat᷑.

SED vtrum omīa ī cōſultationē cadunt. an quedaȝ ſunt ī quibus cōſultatio locum non habet. Forſan dicenduȝ ē id ī conſultationeȝ uenire: non de quo īſipiēs aut fatuus: ſȝ de quo ſane mentis aliquis cōſultaret. De eternis aūt nemo conſultat: ueluti de mūdo. uel de dyametro. uel de latere. quia ī commenſurabilia ſūt. Sed neqȝ de his: que ī motu et ſemp eodem modo exiſtūt ſiue neceſſitate: ſiue natura: ſiue ꝓpter aliaȝ cauſā. Veluti de ortu: aut ꝯūſione ſiderū. Neqȝ de his que alias alit accidunt: veluti de ſiccitatibus: et imbribus. Neqȝ de his que ſūt a fortuna. ueluti de theſauri īuētione. Sȝ neqȝ de humanis omnibus. Nam q̄admodum ſcytharum. r. p. optime gubernet᷑ nemo lacedemonius conſultat. Hec eniȝ per nos agi non poſſūt.

At illa ueniunt in conſultationem que agi poſſūt et a nobis quidem. Sunt auteȝ ⁊ alia huiuſmodi. Cauſa uidetur eſſe natura et neceſſitas et fortuna et mēs: et omē quod ꝑ hominem. Homines vero de his cōſultant que ſibi agibilia ſunt. Circa manifeſtas et ſufficiētes diſciplinas non eſt cōſultatio. vt puta de litteris nemo ambigit q̄admodum ſcribi debent. Sed quot a nobis fiunt. Nec ſemper eodē modo ea ſunt huiuſmodi vt ī deliberationem cadant. Veluti illa que ad medicinā et ad rem pecuniariam ꝑtinent. Et circa gubernationem magiſq̄ circa gynnaſticaȝ quanto illa min9 ſūt manifeſta. Magis ꝓ circa

arteſ. q̃ c̃ca diſciplinas. cõſultacio cadit. Nam ĩ his magis dubi-
tamus. Conſultatio aũt ꝯſatur ĩ his que frequẽti⁹ accidũt. ⁊
ĩcerta q̃admodũ euadãt. et indet̃minata ſũt. Sumim⁹ ⁊ alios
ad cõſiliũ cũ de rebus maiorib⁹ deliberare uolum⁹ non ſatis no-
bis ipſis ad diſcernẽdũ confici. Nec ſane de finibus cõſultam⁹:
Sed de his q̃ ſũt ad finem. Medicus aũt nũq̃ cõſultat an ſanum
faciat. nec orator an ꝑſuadeat. neq3 gubernator rei. pu. an bene
inſtituat ciuitatez. nec aliorũ quiſq̃ de fine deliberat. Sed po-
ſito fine: q̃admodũ ad illũ ꝑueniatur ꝯſiderãt. Et ſi ꝑ multa
fieri cõſtat poſſe ꝑ qd̓ illoruz faciliſme et optime fiat ꝑquirunt.
Si ꝯo ꝑ vnum q̃admodum ꝑ illud fiat. et id rurſus ꝑ qd̓ donec
perueniant ad primam cauſam quod in inuentione ultimuz eſt.

Qui enim conſultat videtur querere: ac reſoluere predicto
modo quaſi dyagrama. Sz uidetur nõ omnis perquiſitio eſſe cõ-
ſultatio. Ceu cuz mathematici aliquid ꝑquirunt. Veruz omnis
cõſultatio ꝑquiſitio eſt. Et quod ultimuz in reſolutione. id pri-
mum in generatione. ¶ Et ſi in aliquod ĩcidunt: qd̓ impoſſibile
videatur: illud omittunt. Veluti ſi pecuniis opus ſit: quas ha-
bere nõ poſſint. Sin autem uidetur poſſibile: tunc facere aggre-
diuntur. Poſſibilia ĩtelligenda ſunt: que nos poſſumus. Naz
que per amicos fiunt: per nos quodammodo fiunt: quia princi-
pium in nobis eſt. ¶ Queruntur vero quandoq3 inſtrumenta.
quandoq3 opus illorum. eodem modo in reliquis. quandoq3 per
quod. quãdoq3 quomodo: aut quo mediãte. ¶ Videtur homo. vt

diximꝰ pncipiū eſſe agēdi. Conſiliū ꝓ̄o de hís eſſe ꝗ ꝯſultātí agibilia ſūt. Actus ꝓ̄o alioꝝ grā. Non cadūt igitur ī ꝯ̄ſiliū fines: ſꝫ ea que ſūt ad finē. Necꝫ certe ſingulares res: veluti ſi panis ē hoc: et ſi digeſtuꝫ ē: ut oportet. Naꝫ ad ſēſū id attinet. Quod ſi ſemper conſulitur: in infinitum erit progreſſus.

¶ Conſultabile et eligibile idē ſūt. Niſi ꝙ eligibile rem iam pdē detminatā ſignificat. Quod enī ī deliberādo ceteris ptulimꝰ id eligibile dr̄. Deſinit enī tūc demum vnuſquiſꝗ querere ꝗadmodū aget: cū ī ſe ipſum reducit pricipiuꝫ: et ipſiꝰ ī antecedens. Hoc enī ē qd̄ eligit. Patet hoc ex uetuſtis inſtitutis que Homerus ſecutus ē. Reges enī que elegerāt: denūciabāt in populum. Cum ergo ſit eligibile ꝯ̄ſultabile affectabile eoꝝ que ī nobis ſunt: electio uticꝫ erit ꝯ̄ſulta affectatio eorū que in nobis ſunt. Ex conſultatione enim iudicantes affectamus ſecūdum conſilium. De electione igitur hactenus dictum ſit: et circa que exiſtat. Et ꝙ circa illa verſatur: que ſunt ad finem.

T ꝙ voluntas eſt eius qui ē finis. Sed videtur aliis quidem boni eſſe: aliis opinati boni. Atꝗ ex eo fit: vt qui boni eſſe dicunt negent ea nos velle que non recte cupimꝰ: nihil eī uolūꝰ: niſi bonū. Eſſet aūt malū ſi ita ꝯtigeret. Sꝫ qui opinatum bonū dicunt: nō natura: ſꝫ cuiꝗ videtur bonum

appellāt. Videtur aūt aliud aliis: et ſic gřia extiterūt Quod ſi ita nō placet: dicēduꝫ eſt ſimpliciter et ſecūdum ueritatem id eſſe uolendum qð bonum ſit. Verū ſinguli quod bonum apparet, et ſequūtur. Exquo fit ut ſtudioſo qdem uiro verum ſit bonum. prauo aūt ut cōtingit. Quod in corporib9 quoqꝫ accidit. Nam ſanis qdē ſalubria ſūt ea q̄ reuera ſunt ſalubria. Egrotis auteꝫ alia: eodeꝫqꝫ modo amara et dulcia et grauia et cetera huiuſmodi. Studioſ9 eñ uir ſingula recte iudicat et ī uno quoqꝫ veꝝ diſcernit. Cuiuſqꝫ eñ habit9 ꝓpria qdā ſūt bona: et iocūda. At forte ī dinoſcenda ꝟitate ſtudioſus uir plurimū āccellit: q̄ſi regula et menſura illoꝝ exiſtens. Multitudinē ꝓut uidet uoluptas decipit: q̄ licet bonum nō ſit: tamē apparet. Sequūt ergo uoluptatem tāq̄ bonum. dolorem vero tāq̄ malum fugiunt.

c VM itaqꝫ finis ſit id quod volumus: conſultatio vero atqꝫ electio eoruꝫ ſit que ſunt ad finem: ſequitur ut actꝰ ſecundum electionem ſint et voluntarii. Operationes autem virtutum circa iſta verſantur. Sunt uero in noſtra poteſtate virtutes: et vicia. Nam in quibus vtrum agamus: uel non agamus in nobis eſt: in noſtra ſunt poteſtate. Quare ſi agere honeſtum exiſtens in nobis eſt: Certe et non agere turpe exiſtens in nobis eſt. Et ſi non agere honeſtum exiſtens in nobis eſt:

certe ⁊ ageꝛ turpe exiſtẽs ĩ nobis ẽ. Quod ſi eſt ĩ nobis honeſta et turpia agere: ſimilit᷑ et nõ agẽ. Hoc aũt erat bonos et malos eſſe: ĩ nobis erit ꝓbos et ĩꝓbos eſſe. Dicere aũt ꝙ nemo uolens prauꝰ ſit: neq̧ ĩuitus felix: Alteꝝ falſo alteꝝ uero ſimile uidet᷑. porro nemo ĩuitus felix eſt. Prauitas aũt uolũtaria res eſt. Vel recedẽduz eſt ab his q̃ ꝓmiſimus et dicẽdũ hominem nõ eſſe pricipium: neq̧ generationẽ reꝝ q̃admoduz filiorũ. Quod ſi illa cõſtat nec ĩ aliud pricipiũ q̃ ĩ nos ipſos referre poſſumus quoꝝ pricipiũ ĩ nobis eſt: illa ĩ nobis erũt et uolũtaria. Id atteſtari videt᷑ ſingulorũ opinio: et legũ latores q aduerſus delinquẽtes penas ꝯſtituũt. Si modo nõ ui coacti neq̧ ꝑ ignorãtia ꝫ cuiꝰ ipi cauſa nõ fuerit deliquerũt. Illis uero q̃ bene agũt pmia cõſtituerunt q̃ſi alios ĩuitãtes: alios deterrẽtes. At q̧ ad ea q̃ neq̧ ĩ nobis ſunt neq̧ uoluntaria nullus hortat᷑. Nempe fruſtra hortaretur quis ut non caleret et non frigeret: vel non exuriret: aut aliquid tale. Quãuis eniz hortatꝰ nihilominꝰ illa pateretur. Neq̧ per ignorantiam commiſſa puniuntur: Si ipſe cõmittens cauſa ignorantie videatur fuiſſe. Ceu aduerſos ebrios duplici pena conſtituta. Principiũ enim in ipſis eſt: cum in eorum poteſtate fuerit ne ebrii fierent: quod cauſa eſt eorum ignorantie. Puniuntur ⁊ ignorantes aliquid ex his que legibus continentur que vtiq̧ ſcire oportet: nec difficilia ſunt. Eodẽ modo in aliis qui per negligentiam ignorantur: quaſi in ipſis ſit ne ignorent. poterant enim diligentiam adhibere. Sed forſan talis eſt quis vt

diligens eſſe nequeat. At vero hi ſibi ipſis diſſolute viuendo cauſa ſunt: ut iniuſti et ipſi fiãt ĩ maleficiis et flagitiis degẽtes.

Nam quales ſunt actus cuiuſq; talis tandem et ipſe euadit. ꝙ in omnibus ſtudiis exercitationibus cõſpicit. Ignorare igit ꝙ ex actibus habitus fiunt nimium hebetis eſt. Abſurduz et dicere iniuriantem nolle eſſe iniuſtum: neq; flagitia patrantem flagitioſum. Quod ſi quis non ignorans agit ea ex quibus erit iniuſtus voluntarie erit iniuſtus. Nec tamen ſi velit iniuſtus ceſſabit ab iniuſticia: ac iuſtus fiet. Non enim egrotans ſanus fit. Et ſi ita contingat vt ſponte egrotaret per incontinentiam atq; laſciuiam preceptis medicorũ aduerſat9: tunc ergo licebat illi non egrotare: ſed nunc non amplius licet. queadmoduz Nec emiſſum lapidem quis retinere poteſt. Fuit tñ in illo cape ipuz atq; emittere. Principiũ enim ĩ ipſo eſt. Sic iiuſto et flagitioſo licebat ab inicio talis non eſſe. Ex quo fit vt volens delinquat. Sz poſtq̃ talis fc9 ẽ nõ licet poſtea ſibi talis nõ eſſe. Nec ſoluz animi vicia voluntaria ſunt: ſed interdum etiam corporis: que certe carpimus et increpamus. Nam qui natura deformes ſunt eos nemo reprehendit: ſed eos qui per negligentiã atq; incuriaz tales ſunt. Idem facimus circa imbecillitatem et turpitudinem et cecitatem. Nemo increpat cecum natura: aut egritudine: aut vulnere: ſed magis miſeretur. ꝙ ſi propter ebrietatem aut huiuſmodi cauſam cecus fiat: omnes increpant. Vicia igitur corporis q̃ ĩ nr̃a ſunt poteſtate culpãtur. q̃ nõ ſũt nõ culpãtur. Id ſi ita

eſt, in aliis quoq; vicia que culpantur: in noſtra ſunt poteſtate.

¶ ꝙ ſi quis dixerit: omnes affectare id quod apparet bonum: ſed ipſius apparentie dominos non eſſe: ſed qualis quiſq; eſt, talem illi finem videri. Si quis ſui habitus quodammodo cauſa ſibi ipſe eſt: et apparētie certe erit idem ipſe quodāmodo ſibi cauſa.

Sin autem nullus ſibi ipſi cauſa eſt male agendi: ſed propter ignorātiam finis hoc agit, putans ſibi optimum eſſe ita facere. Affectatio autem finis non in noſtra eſt poteſtate: ſed ita nata genitos nos eſſe oportet: vt tanq̄ intuitū ad diſcernenduz optia et expetendum verum bonum habeamus. Atq; ille generoſus ē cui hoc a natura exiſtit. Rem enim optimaz atq; pulcherrimaz quam nec ab aliquo accipere neq; diſcere poteſt: qualis a natura eſt iſtituta, talem habebit. Atq; ita natum eſſe ea demum pfc̄a et vera eſt generoſitas. ¶ Hec igitur ſi vera ſunt: qd magis virtus q̄ uicium erit voluntarium. Vtriq; enim eodem modo et bono et malo finis nata erit. Velut cūq; tandez uidetur, ita iacet. Reliq̄ vero ad hec referentes vtcunq; agunt. Siue igit̄ finis non nata cuiq; qualiſcunq; apparet. Sz preter hec aliqs eſt ſiue finis qdez ipſe naturalis ē. Sed quia in aliis agendis ſtudioſus voluntarie agit: virtus voluntaria ē: et nihilomin9 et vicia erūt voluntaria. Nam vt illa bono: ſic iſta malo per ſe ipſum exiſtunt ſi non in fine: at in rebus agendis. Si itaq; vt dr̄, virtutes voluntarie ſūt quia habituum noſtrorum nos ipſi quodam modo cauſa ſumus et quales ſumus ipſi talē ponimus finē: et vicia certe voluntaria

erunt. Nã ſimiles ĩ vtriſq; ratio eſt. De virtutib9 ergo nobis
cõit dcꝫ ẽ: et genere q; mediocritates quedã ꝛ q; hit9 ex qb9 fiunt
eadeꝫ quoq; opant: et q; volũtarii ſunt: et ĩ nobis atq; ita vt rec
ta dictat rõ. Sed hit9 qdẽ non ita vt act9 volũtarii ſunt. Quia
actuũ nroꝝ ab ipo inicio vſq; ad finẽ dñi ſum9 et ſingula noui9.
Habitũ ꝟo ab inicio cognoſcim9 ac ſingula nouim9 q poſt addi
m9 ceu in adũſa ualitudie ignorã9. Sꝫ ideo uolũtarii dñr hit9 q;
in nobis erat hoc vel illo modo vti. Reſumẽtes igit de ſingulis
dicamus virtutibus: et qlis queq; ſit: et circa quid: et quomodo.
Ex quo etiaꝫ illud apparebit quot virtutes ſunt. At primo de
fortitudine dicere ordiamur;

m EDIOCRITATEM uero eſſe fortitudinem: in metu
endo et audendo dcm ẽ ꝑus. Metuimus aũt illa q terribilia
ſunt: et vt ſimplicit dicamus ſunt mala. Itaq; metuꝫ diffiniunt
expectationẽ mali. Metuim9 ergo oĩa mala: ceu infamiaꝫ egeſ
tateꝫ: morbos: inimicitias: mortẽ. Sꝫ nõ videt circa hec oĩa for
titudo ꝟſari. Naꝫ ſunt qdã q metuere ſit honeſtum ꝛ nõ metuẽ
turpe: veluti ĩfamiã q timet humanus et ꝟecundus: q non timet
impudens ẽ: dr tñ a qbuſdaꝫ fort ꝑ ſilitudinẽ: qd ſiſe aliqd hre
videatur. Nã et ipſe fort ĩpauid9 ẽ. Nec paupertas forſan metuẽ
da ẽ: neq; morbus: ne illa ut ſumatim dicã q neq; ab ĩpbitate: ne
q; a nobis ꝑueniunt. Nec tñ q iſta nõ metuit fort ẽ. Sꝫ vocam9

et hunc fortē per ſimilitudinē. Quidam enim in bellicis pículis meticuloſi liberales ſūt: et ad erogandas pecunias ſatis habent audacie Nec etiam qui pro filiorum et uxoris pudicicia metuit aut inuidiā: aliqd tale timidus ē nec certe fortis ſi uirgis cedendus nō terretur In quibus igitur terroribus fortis dicitur: an ī maximis. Nullus enī periculorū tollerancior. Terribilliſſimuȝ vero omnium mors hec enim finis nec quicq̄ preterea bonū vel malum mortalibus uidetur eſſe Sed nec circa omne genus mortis fortitudo videtur Ceu in mari: aut in morbis In quibus igitur an in pulcherrimis. Talia uero ſunt in bello in pulcherrimo ſane et maximo periculo Teſtantur honores a ciuitatibus ꝛ regibus cōſtituti Proprie igitur fortis dicitur qui ad honeſtam mortē et ad ea omnia q̄ repente illam afferant interritus ē Ea vero maxime in bello contingunt Quin etiaȝ et in mari: ꝛ ī morbis fortis uir īterritus ē nec ita vt naute: Nam illi q̄dē deſperata ſalute: tale genus mortis moleſte ferūt Hi vero propter experientiā cōfidunt et ſimul audēt ī q̄bus ē opus fortitudine aut pulchrū mori quorū neutrū ī huius mortis genere exiſtit

Ec ſane terribilia oībus eodē modo ſūt. Dicimus aliqd terribile ſup̄ hōieȝ ꝙ cuiq; mētē hn̄ti t̄ribile ē. q̄ ꝯo ſcd̄m hōieȝ t̄ribilia ſt̄ magnitudīe differūt. ſiſr aūt: et auſ⁹ fortꝗ uir ī pauid⁹ ē vt hō. Quare timebit hec ut oportet ꝛ ut dictat rō tolerabit decoris cauſa hoc enim uirtutis finis ē. Metuuntur aūt

hec magis et minus. Delinquit uero qn aut ita fit: ut nõ oportet: aut non ita vt oportet: aut non qn oportet: aut aliquid huiſmodi eodem modo: et in audendo. Qui igit̃ q̃ oportet: et cuius gratia: et qn et vt conuenit ſuſtinet: ac metuit et audet: is fortis ẽ. Vt. n. dignũ: et vt ratio precipit: patit̃ et agit vir fortis. Finis aũt cuiuſq; actionis ẽ ſcd̃m habitũ. forti uero fortitudo decorum videt̃. talis igit̃ ẽ finis. Singula aũt ad finẽ terminant̃. Decoris aũt cauſa fortis vir ſubit atq; agit fortitudinis opa. Excedentium vero qui in nõ metuẽdo excedit abſq; nõie ẽ diximus et prius multa eſſe inominata. foret aũt hic ſtupidus qdã: et inſanus ſi neq; tremotus: neq; fluctus pertimeſcat ut de celtis dr̃. Qui uero audendo excedit ferox ẽ. Videtur aũt ferox iactator quidam: et fortitudinis ſimulator. Nam qualis fortis circa terribilia ẽ talis videri uult. Itaq; imitat̃ illum in qbus põt. Ex quo fit ũt pleriq; illorũ admixtã hñant cũ timore audaciã: appetentes. n. pic̃la nõ ſuſtinent. Qui aũt metuendo excedit timidus ẽ. Nã q; nõ oportet: et vt nõ oportet et oĩa huiuſmodi hũc ſequunt̃ deficit et in audendo ſed in moleſtiis ſup excedens magis i eo cõſpicit̃. Deſpans qdẽ meticuloſus ẽ. Cũcta. n. formidat fortis cõ prẽ fiduciã bonã ſpẽ ſemp hẽt. Circa eadẽ igit̃ uerſant̃ timidus et ferox et fortis. Sz alit̃ atq; alit̃ ad illa ſe hñt. Hi qdem excedunt ac deficiunt hic uero mediocritatẽ tenet: et vt oportet. Et feroces qdẽ procliues ſunt: et volentes ante picula. Sz quũ picula adſunt nõ ſuſtinẽt. Fortes uero quũ ad rem venerint feruidi ſunt: ante rem uero quieti. Vt igitur diximus fortitudo

medioćtas ē ī metuēdo:et audēdo de qbus dcꝫ ē:et quia decoꝝ ē ſuſcipit et tollerat vel quia turpe non Mortem vero appetere ob fugiendaꝫ paupertatem aut amorem aut aliud qcq̄ graue:nō fortꝭ ē:ſed magꝭ timidi. Eſt.n.mollicies quedam laborioſa fugere et nō quia decoꝝ ſit mortē ſubit:ſed quia malum deuitat. Fortitudo igitur tale aliquid eſt

Icuntur et alie quinqꝫ modis.p̄mo ciuilis que plurimam cū illa ꝯueniētiā hēt.uidentur.n.ciues ꝑicula ſubire metu penarun et ꝓpter infamiā et honorē. Atqꝫ ea de cā fortiſſimo vi dentur eſſe apud quos timidi infames ſunt. fortes vero ī precio hēnt tales homerus facit aliquos vt dyomedē:et Hectoreꝫ. Polidamas me primus redarguet:et Dyomedes Hector.n.quādoqꝫ diceret apud troianos ꝯcionans Titides a me Similis aūt hec maxime ē illi de q̄ ſup̄ diximus ꝑ uirtutē fieri. Ex pudore.n.et cupiditate decorꝭ prouenit qūqꝫ honorꝭ grā et ob fugiendaꝫ uituperationeꝫ que turpis ē In eodē gradu qs reponat:et eos qui a magiſtratibus ꝯpellunt̄ Sꝫ eo deteriores ſunt ꝙ nō pudore ſꝫ metu adducti id agunt:nec dedecus fugiunt:ſꝫ penā ꝯpellūt̄ eni ab his q poteſtatē habent vt apud Homerū Hector inquit. Si quē ego ꝓcul a pugna formidātē aſpexero:nō ei ſat erit fuge canes Prefecti quoqꝫ eos q recedunt a pugna uerberibus cogūt redire et q ꝑ vallo:aut foſſa collocāt omnes.n. cogūt ſꝫ oportet non neceſſitate:ſed ꝙ decorum ſit forteꝫ eſſe Videtur etiā reꝝ

picia fortitudo eſſe quedã. Quamobrẽ Socrates cenſebat fortitu dinem eſſe ſcientiam. Tales ſunt in bello milites et alii quicũq in aliis. Bellum vero multos terrores vanos habere videt̃. Hic militibus noti ſunt. Itaq̃ fortes ipſi creduntur: q̃m alii q̃lia illa ſint ignorant. Deinde et hoſtem offendere: et ſe ipſos tueri ꝓpt̃ periciã maxime poſſunt: et armis vtuntur ad vulnerandũ hoſtẽ et ſe tuendum aptiſſimis: ex quo fit vt ipſi armati ceu aduerſus inermes decertẽt: et velut athlete aduerſus rudes et ĩexercitatos. Nã et ĩ certaminibꝰ nõ fortiſſimi: ſꝫ amplas vires et robuſta hñ tes corpora pugnatiſſimi hñt. Sꝫ milites q̃dem timidi ſunt quando maius piclꝫ ĩminet velut ſi pauciores aduerſus multos: aut ĩparati aduerſus pãtos inſtructoſq̃ ꝯgrediant̃. Primi.n. fu gã arripiunt. vrbane vero copie manent atq̃ intereunt. qd̃ apd̃ Homeꝝ accidit. Nam is turpe fugere et mors huiuſmodi ſaluti preferenda. Illi uero quaſi ſuperiores ab inicio ſe periculis obiec tarunt. Moxq̃ intellecta re ĩ fugam arripuerunt: mortem magiſq̃ dedecus formidantes. Sed fortꝭ nequaq̃ talis eſt. Iraꝫ quoq̃ ĩ fortitudĩeꝫ referũt. uidet̃.n. fortes q̃ p irã ceu fere beſtie in percuſſores feruntur. quoniam et fortes iracũdi ſunt. Impetu oſiſſima quideꝫ res eſt ad pericula capeſcenda animi concitatio. Vnde Homerus robur animo iniecit: et alibi. vim: et animum con citauit: ſubiitq̃ per nares impetus: et afferbuit ſanguis. Hec oĩa ſignificare videntur animi concitationeꝫ et impetum. Fortes igit̃ propt̃ decus faciunt. Ira uero eos adiuuat. Beſtie ꝟo propt̃

dolorem ſi uulnerate ſint: aut timeant. Nam cum in ſilua uel pa
lude ſunt; nequaq̄ inuadunt. Non eſt igitur fortitudo ſi dolore
aut ira concitati ī periculum deferuntur nihil preuidentes eorū
que incurrunt. Nam ſic aſini quoq; fortes eſſent quū ne uerberib9
q̄dem a pabulo remoueri poſſunt. mechi etiam propter libidīem
multa audent. Non ergo ſunt illi fortes dicendi qui per dolorē
aut iram pericula adeunt. Proxime autem ad eam que maxime
ſecundum naturam eſt accedere videtur fortitudo que per iram
fit ſi modo electionē rōemq; ante ſuſceperit Et hoīes ſane iraſ
cendo q̄dem dolent. vlciſcendo vero letantur. Sȝ q̄ per hec agūt
pugnantes quidem ſunt: ac nō fortes. Non. n. decore atq; ratiōe
ſed ꝑturbatione amimi id agunt. Habent tñ aliquid ſiſe fortib9
Nec etiā q̄ ꝓpt̄ fiduciā ſui audēt fortes itaq; ſunt. Conſuetu
dine. n. uincendi fiduciā ī periculis ſuſcipere In eo tñ fortibus
ſimiles ꝙ vtriq; ꝑicula ꝯtemnunt. Verꝝ fortes ob eas rōes q̄s ſup̄
diximus. Iſti uero ꝙ ſuꝑiores ſe fore ſperant: nec eis reſiſti poſſe
Sȝ ebrii quodq; tale aliq̄d faciūt fidentes. n. fiunt quū ebrii ſt̄
Quū uero non ſunt ebrii ꝑicula fugiunt. uiri aūt fortis ē q̄ hoīb9
terribilia videntur et ſunt: ea ſubire. q̄a decorꝝ ſit ita facere: et t̄
pe nō facē Quāobrē fortior eſſe videt̄ q̄ ſubitꝫ ī ꝓuiſiſq; ꝑiclis
non turbatur q̄ qui manifeſtis atq; prouiſis habitu enim magis
hec agit vel certe minus ex preparatione. Nam preuiſa quidem
ratione et cogitatione ſubire quis poteſt repentina vero vt hit9
eſt ita perferuntur Fortes videntur et qui ignorāt nec multū

abſunt ab his qui propter fiduciam audent: ſed eo deteriores ſūt quod non exiſtimatione: vt illi. Sed ignorantia audent. Itaque illi ſuſtinent aliquod tēpus: hi vero ſimul atque itelligūt aliud eſſe quam ipſi putabāt aufugiūt. Quod argiuis ꝯtingit quū lacedemōios icidetūt quos ſicinios eſſe putabant. Dictum eſt qui fortes ſint: et qui fortes eſſe videantur

Vauis aūt circa tribilia: et audēda fortitudo ſit: nō tū pſē ī vtroque ꝟſat̃ ſ3 magis circa illa que nos tēret. qui n. circa illa intritꝰ ē atque ita vt oꝫ ī illis ſe hʒ magis ē fortis: quam qui circa audēda. Tollerationē. n. grauiꝰ: at aſpaꝝ reꝝ fortes dīr. Itaque graue quidem et aſpeꝝ fortitudo ē: ac merito laudat̃. difficiliꝰ ē. n. dolores ꝑpeti quam a uoluptatibꝰ abſtinē. At tñ finis ī fortitudine dulcis eſſe videt̃. ſ3 a rebꝰ circūſtātibꝰ obſcurari. quod et ī gīnicis ꝯtaminibꝰ euenit. Nā pugilibꝰ finis ipe dulcis ē cuiꝰ grā corone honoreſque exiſtūt. Plagis ꝓo ꝑcuti ſi modo illi e carne ſūt dolороſa ſane atque moleſta et oīo laborioſa ē res cūque hec mlta ſit: et illud cuiꝰ grā fiūt puū nihil dulce ꝯtinē uidet̃. Tale igit̃ quiddaꝫ accidit circa fortitudinem. Mors et vulnera forti viro doloroſa ſunt eaque nollet. Perferet tñ quia decoꝝ ē illa ꝑferre vel t̄pe nō ꝑferre. Et quāto magis oī virtute pollet quoque felicior ē tāto magis illi moleſta eſt mors. Nā huiuſmodi vir maxime dignꝰ ē uita et maximis bonis ꝑuat̃: ſciēs doloroſa res. Ac nihilominꝰ fortis et eo fortaſſe magis quod gloriā et decꝰ belli anpōit illis. Nec ſane ī oībꝰ uirtutibꝰ

cū delectatione opari licet: niſi ꝗtenus finē attingūt. Milites nihil vetat etiā ſi tales nō ſīt: tñ optios eſſe. Parati ſiqdē ad picła vitā ꝑ vili mercede abiiciūt. De fortitudine igitur acten9 dixiſſe ſufficiat. Quid ꝓo illa ſit nequaq̄ difficile fuerit ex his que dicta ſunt recolligere.

[P]Oſt hac de temperantia dicamus. Vident̄ he virtutes irrationabiliū eſſe ptiū. Q igit̄ tēperantia circa voluptates mediocritas eſt ſup̄ diximus. Minus .n. et nequaq̄ ſil' circa dolores. In his aūt et intēperantia eſſe videt̄. Sed circa quas voluptates ſit nunc determinemus. Diſtinguende ſunt voluptates animi: et corporis: ſeu auiditas animi et auiditas diſciplie. Vterq; .n. iſtoꝝ eo gaudet cuius auidus ē nihil patiente corpore. ſed magis intellectu. Sed ī huiuſmodi voluptatibus: neq; temperantes neq; intempantes dicunt̄. Eodemq; modo in ceteris voluptatibus que corporee non ſunt. Qui .n. fabulis et narrationibus delectant̄: et circa ſingula dies conſumunt: verboſos qdē ſed nō intemperantes appellamus. Nec eos et̄ q gr̄a pecūiaꝝ aut amicoꝝ dolorē ſuſcipiūt. At ĉca corpis voluptates tēpātia exiſtit. Nec eas tñ oēs. Nā q viſu delectāt̄ veluti colore: forma pictura: neq; tēperantes neq; itēpātes dn̄r. Quāq̄ fieri poteſt vt hi et q̄tū debet et pl': et min9 delectet̄. Eodē modo et ī auditu. Qui .n. vehemēti9 gaudēt cantu aut pronuntiatione: eos nemo i-

tēperantes vocat. Nec eos q̄ vt oportet gaudēt tēpãtes ſ. Neq̄ circa odoratū niſi p̄ accidens. Nã q̄ pomoꝝ aut roſaꝝ aut vaporū odoratibus gaudent eos nō intēpantes dicimus. Sꝫ illos magiſ q̄ vnguētoꝝ aut epulaꝝ quoniã p̄ illos memoria ſubiit eaꝝ reꝝ q̄s ipſi ↄcupiſcunt. vidē licet quoſdã cū eſuriunt odore epulaꝝ gaudentes. his aūt gaudere ītēpantis ē. Nã illoꝝ ſunt huiuſmodi cupiditates. Nec fit aliis animantibus p̄ hoſce ſenſus uoluptas vlla niſi p̄ accidens. Nō. n. lepoꝝ odore canes gaudēt: ſꝫ eſu. odor tñ facit vt ſentiant. Neq̄ leō voce bouis ſed laniatu qđ tñ ꝓpinquus ē p̄ vocem ſentit: atq̄ eo gaudē uidet. ſ. Circa huiuſōi voluptates temperantia et ītēpantia ↄſiſtit: q̄ et aliis aīalib⁹ comunes ſunt. ex quo fit vt ſeruiles beſtialeſq̄ videant̄. Sūt aūt hec tact⁹ ꝛ guſt⁹. Sꝫ guſtu q̄dē puꝫ aut nihil uti uident̄. Eſt. n. guſtus iudicium ī labiis qđ faciunt qui vina ꝓbant: aut epulas preparant: nec multū his gaudent vel ſaltem nō ītēpantes q̄dem ſꝫ veſcendo gaudent q̄ totum fit per tactū ī cibis et potib⁹ et venereis. Itaq̄ precatus ē q̄dam guloſus longius ſibi guttur q̄ cyconie fieri: q̄ videlicet tactu gaudebat. Sē ſuū igitur ↄmuniſſimus ē is p̄ queꝫ intemperantia fit atq̄ ob id merito vitupatur q̄ nō q̄ homines ſum⁹ ſꝫ q̄ animalia exiſtimus. Talibus ꝓ gaudere atq̄ deditum eſſe beſtiale eſt. Enimvero liberaliſſime omnium voluptatum que p̄ tactum proueniunt excipiantur velut que in ginnaſiis per laborē et ſudorē fiūt. Neq̄ enim ī toto corpore eſt intemperantis tactus: ſed in partibus quibuſdam.

Vpiditatum alie communes eſſe videntur: alie ꝓprie: atq; ap
poſite veluti cibi que naturalis ē. Omnes.n.cupiunt: qñ indigē
tia adeſt ſiccū, aut humidū nutrimentum: quandoq; uero utrūq;
⁊ lectuʒ. Homerus inquit Iuuenis et florens. Huiuſmodi autē
vel illiuſmodi. Nec amplius omnes nec eadem. Quo circa uidet̄
noſtrum eſſe: habet tñ aliqd naturale. Alios.n.alia delectant: ⁊
qdā qbuſdā magis placent. ¶ In naturalibus ergo cupiditatibus
pauci delinquūt et in vno ad pl9. Comedere.n.quecūq; et bibē
quoad ſuperfluo impleatur: exceſſus ē naturalis cupiditatis ſcđʒ
multitudineʒ. Repletio.n.indigentie naturalis cupiditas eſt.
Quapropt̄ dñr iſti dediti ventri. q. ult̄ debitum implentes illū.
Sunt autem hi nimium ſeruiles. ¶ Circa aūt ꝓprias voluptates
multi multifariaʒ delinquunt. Taliū.n.amatores dñr aut quia
gaudent quibus nō debent: aut magł q̄ debent: vel q̄ pleriq; vel
non vt debēt. ¶ In cunctis autem intemperantes excedunt. nam
et gaudent quibus non debent odio dignis: et ſi ī quibuſdā gau
dere oportet magis gaudent q̄ liceat: ⁊ q̄ pleriq; gaudent. Exceſ
ſus igitur circa voluptates: ꝙ intemperantia et vituperabilis ē
conſtat ¶ Circa dolores autem non ita: vt in fortitudine prop
ter tollerantiam dicitur temperans et intemperans: quia non
tolleraret. Sed intemperans dicitur: quia niſi voluptate po
tiatur magis dolet q̄ oportet. Dolorem vero ſibi affert vo
luptas. Temperans autem: qꝺ abſentia voluptatum nō dolet: et

q̄ preſentibus abſtinet . Intemperans autem cócupiſcit volup
taria omnia vel que maxime: et ĩpellitur cupiditate ad hec aliis
preferenda. Quapropter et non adipiſcens: et ɔcupiſcens dolet
. Cum dolore. n. cupiditas eſt. Videtur autem abſurdum propter
voluptatem dolere ¶. Deficientes aũt in uoluptatibus: aut min9
gaudentes q̄ oportet vix reperiunt. Non. n. ẽ humana huiuſmo
di inſenſibilitas. Et enĩ cetera animalia diſtingunt cibos et his
gaudent: aliis vero non gaudent. q̄ ſi ẽ aliquis que nichil delec
tet: nec quicq̄ aliis proponat: lõge hic ab homine abeſt nec nomẽ
ſortitus eſt quia non facile reperitur. Temperans autẽ medi
ocriter circa iſta ſe habet. Neq̄. n. gaudet de his quib9 maxime
Intẽperantes: ſ; magis moleſte fert. neq̄ omnino quibus nõ optet.
nec nimiu; tali aliquo delectatur. Nec ſi abſit dolet: neq̄ cupit
niſi mediocriter et ut oportet. Idem faciet ĩ ceteris voluptatib9
que iſtis nõ aduerſantur: nec ſunt q̄ honeſtatem: aut ſupra facul
tates. Nam q̄ ita ſe habet: pluſq̄ dignũ ſit: uoluptatẽ amplectitẽ.
. Sed temperans nequaq̄ talis eſt: ſed qualem recta dictat ratio.

Ntemperantia magis voluntaria videtur q̄ timiditas.
Nã hec p voluptatẽ fit illa p dolorẽ quoꝝ alteꝝ ſeq̄mur:
ab altero abhorremus Et dolor quidẽ diſtrahit: atq̄ corrũpit
naturam habentiũ. Voluptas autem nihil tale facit Sed quo ma
gis voluntaria: eo maiori vituperatione digna. Nam aſſueſcẽ
re aduerſus illa facile eſt Multa vero in vita ſunt talia et

aſſuefacio ſine periculo fit. In terroribus autem contra. Videtur autem timiditas eſſe voluntaria nec per inde vt ea que ſunt in ſingulis. Nec enim ſine dolore ſunt illa uero per dolorez ita diſtrabunt ut et arma abiicerẽ: et in aliis contra decus facere compellant. Ex quo fit vt violenta eſſe videantẽ Intemperantia ꝯo contra. Nã ſingularia illi voluntaria ſunt cupienti et affectãti Vniuerſa aũt minus. Nemo. n. cupit intemperatum eſſe Nomen. n. intemperantie ad puerilia delicta referimus: habet. n. cũ illis ſimilitudinem quandam. Vtrum vero ab utro dicatur nulla qtũ ad preſens differẽtia ẽ. Conſtat vero pꝯſteriꝰ a priore dici

Nec abſurde videtẽ tranſlatum. Nam caſtigãdi ſunt q ĩpia ꝯcupiſcunt atq̧ luxuriantẽ. talis autem ẽ maxime libido et puer Viuunt. n. pueri ſecundum concupiſcentiã. Plurimaq̧ eſt in illis uoluptatum cupido. Si igitur non obtemperat ac dominari ſibi patiatur. Longius abibit quoniam voluptatum appetitus inſatiabilis eſt. Stultoq̧ vndiq̧ affluunt et exequutio libidinis innatam cupiditatem exauget. Quin et iam ſi magne et uehementes ſint mẽtẽ e ſuo ſtatu dimouẽt Quãobrẽ mediocres illas qꝫ ẽ raraſq̧ optet eſſe tales deniq̧ vt rationi nõ adũſentẽ tale tẽpatum caſtigatũq̧ uocãꝰ Vt. n. puerꝝ optet ſm̃ pedagogi precepta uiuẽ: ſiuatcpiditas debet obedire rationi. Quare oꝫ vt tẽpãs a rõne nõ diſcrepet boneſtũ ẽ. n. ad qd̃ vtq̧ tãq̃ ad ſignũ pſpiciat. Tẽpatꝰ q̃ debet: et vt debet et qñ debet ꝯcupiſcit: et ſic dictat ratio Ac de temperantia hec dicta ſufficiant

d E liberalitate deinceps dicamus Ea videtur eſſe mediocritas circa pecunias laudatur enim liberalis nõ in rebus bellicis: neq̃ ĩ his ĩ q̃bus tẽperans nec rurſus in iudiciis: Sed in dandis capiendiſq̃ pecuniis Pecunias uero appellamus omnia quorum eſtimatio menſuratur numo. Sunt quoq̃ prodigalitas et auaricia circa pecunias exceſſus et defect9

Sed auariciam illis tribuimus ſemp̱ qui magis q̃ oportet pecuniis ſtudent Prodigalitatẽ vero non nunq̃ inuoluimus. Nã eos q incontinentes ſunt: et per luxuriam patrimonia profligãt prodigos vocamus. Qua propter flagicioſiſſimi videntur eſſe: quoniã multa vicia ſimul hñt non tñ proprie ſic nuncupantur Naz prodigalitati nomen non vnius alicuius uicii eſſe conuenit quod patrimonium conſumat: eſt enim prodigus qui ſe ipſum p̱dit. Videtur .n. ſe ipſum perdere qui patrimonium diſſipat ex quo vitam ducere debet. In hunc itaq̃ modum prodigalitatem accipimus Rebus autẽ quibus vtimur: et bene et male vti poſſumus. Vtimur ꝓo diuiciis. Singulis eutem rebus bene vtitur is qui circa eas virtutem hẽt. Quare et diuiciis optime vtetur qui circa pecunias virtutem hẽt hic eſt autem liberalis Vſus uero pecuniarum in dando erogandoq̃ ꝯſiſtere videtur. Nam capere atq̃ ſeruare magis poſſeſſio eſt Ex quo fit vt viri liberalis ſit magis dare quibus oportet: q̃ capere vnde oportet et non capere vnde non oportet Virtutis eſt enim bene potius

facē q̄ ſuſcipe et boneſta poti9 agē: q̄ a turpibus abſtinē   Patet aūt ꝙ dando ſequitur vt benefaciamus: et boneſte agam9. Capiendo aūt vt bene ſuſcipiamus aut nō turpiter agam9   Et grā quidē dantꝭ ē repudiantis ꝓo nō ſed magꝭ laus   Facilius quoqꝫ eſt nō accipere q̄ dare. Sua.n. quis difficilius magis tradit q̄ aliena nō accipit   Liberales dicuntur qui dāt at hi qui nō capiūt de liberalitate nequaq̄ laudantur: ſed magꝭ de iuſticia. Qui ꝓo capiunt nō multū laudantur   Liberales maxime fere omniū virtuoſorum amantur: proſunt.n. in dando   Actus vero ſm̄ virtutem boneſti ſunt et boneſti gratia fiunt. Liberalis igitur dabit boneſti cauſa et recte. Nam et quibus oportet: et quot et quando et alia cuncta que rectā dationem ſequuntur   Et hoc libenter vel ſine moleſtia quod.n.p virtutem fit iocundum eſt: vel ſine moleſtia minimeqꝫ dolorem affert   Si quis ꝓo dederit quibus non oportet aut nō boneſti gratia: ſꝫ alia quapiam de cā hic non liberalis ſed alius quidā nūcupabit   Neqꝫ is qui dolet. Magis.n. pecunias hic vtiqꝫ diligit q̄ boneſtam actionem. At id non ē liberalis   Neqꝫ capiet vnde nō oportet. Nō.n. ē non magnifacientꝭ pecunias: huiuſmodi acceptio   Nec erit petitor Non.n. ē bñficiū ꝯferentꝭ: vt ſubinde ꝯmoda ipſe ꝓcuret   At unde oportet capiet: puta ex ꝓpriis ī b9 quas poſſidet. Nō quia boneſtū ſit: ſed quia neceſſariū vt hēat quid donet   Nec ſua negͥt volēs p illa quibuſdā ſufficē. Nec quibuſuis dabit ut ſic darī poſſit quib9 oꝫ ⁊ qñ ⁊ ubi boneſtū ſit   Eſt quoqꝫ ei9 qui li

beralis ſic uehemēter ī dādo excedē: ita vt ſibi ipſi pauciora reli
q̄nt nā ad ſe q̄dē ip̄z nō reſpicē liberalis ē. verū iuxta facultates
liberalitas dicitur. Non enī in multitudine datorum ſed in dātꝭ
habitu liberalitas conſiſtit. Hic autē dat ſecundum facultates

Nec ſane quicq̄ prohibet liberaliorem eſſe q pauciora dat ſi
modo tenuiores ſūt ei facultates Magis autem liberales eſſe
videntur qui nō queſiuerunt ipſi: ſꝫ ab aliis acceperunt. nam et
indigentiam nunq̄ experti ſunt et amant magis ſua quicꝙ opa
ut genitores atcꝙ poete illud vero nō facile vt liberalis quiſq̄ di
tetur. Cum necꝙ capiat: necꝙ cōſeruet ſed cōtra eroget nec multi
p ſe ipſas faciat pecunias ſꝫ ut aliis dare poſſit Itacꝙ fortuna
accuſatur ꝙ q maxie digni ſūt hi minime diuicias habēt. Enī
vero id nō abſcꝙ ratione cōtigit fieri enim nō poteſt ut diuicias
habeat is q habere nō curat q̄admodum nec in aliis rebus Nō
tamē dabit q̄bus nō oportet nec quādo nō oportet nec quotcūcꝙ
alia huiuſmodi: Nā ſic liberalitatē nequaq̄ ſeruaret. Et ſi ī illis
conſumeret dare quibus oportet nequaq̄ valeret. Vt enī primo
diximus liberalis eſt qui ſecundum vires patrimonii erogat: et
in quibus oportet. Qui vero excedit prodigus eſt. Itacꝙ tyran
nos quidem nō dicimus prodigos quia taꝫ multa poſſident: ut
dando atcꝙ erogando illa excedere non facile videantur Cum
ꝓo liberalitas medioc̄tas ſit ī dādis capiēdiſcꝙ pecūiis liberalis
q̄dē dabit et erogabit in quibus oportet: et quot oportet ſi
militer in magnis: et paruis: et hoc cum voluptate quad m

Capiet quoq; vnde oportet: et quod oportet. Nã cũ virt9 circa vtrunq; mediocritas ſit: vtrũq; faciet vt debet. Sequitur enim conuenientẽ liberalitatꝗ talis acceptio. Que vero nõ talis contraria. Que igitur conſequuntur: fiunt ſimul in eodez 9trarie nõ ut patet Quod ſi cont̃ quod decens honeſtumq; ſit erogare illuz contingat moleſte feret atq; dolebit. Moderate tñ. Nam virtus eſt letari atq; dolere in qbus oportet et vt oportet. Et liberalis quidem leuis at tractabilis eſt in rebus pecuniariis. Nam quum pecunias non multi faciat iniurias circa illas inferri ſibi non difficulter patietur Moleſtiuſq; feret: ſi qd quũ oporteat nõ erogauerit: ꝗ ſi erogauerit qδ non oportet. Simonidi non placens.

At prodigus in iſtis aberrat. Neq; letatur eniz neq; dolet in qbus oportet: neq; ſic vt oportet ĩ ꝓceſſu magꝭ patebit Dixi excesſum ac defectum eſſe ꝓdigalitatem: et auariciam: et hoc in duob9 dando ſcilicet atq; capiẽdo. Sũptũ ꝓo ĩ datione ponim9. Prodigalitas ergo ĩ dãdo et nõ ĩ recipiendo excedit ĩ capiẽdo ergo deficit auaricia ergo ĩ dãdo deficit ⁊ ĩ capiẽo excedit. ꝓũ in ꝓuis at ꝓdigalitas qdẽ nõ mľtũ coaugmẽtari põt. Non. n. facile nullatenus accipiẽtẽ cũctis largiri: Cito nãq; deficiũt patrionio ex quo ꝓdigi videt̃ eſſe. Cũ talis utiq; uir nõ paꝝ melior ꝗ auarus videretur ac ꝑ etatẽ ĩdigẽtiãq; facile corrigi Et ad mediocritatẽ redigi põt. Nã hẽt illa ꝗ ſt̃ liberalis. Dat. n. et nõ capit Sz neutrũ recte: neq; vt optet. ꝙ ſi ad hoc 9ſueſcat ĩ alio modo mutet̃: fiet utiq; liberalis. dabit. n. qb9 optet. ac nõ capiet un̄ nõ

oportet· Quamobreꝫ videtur ille quidē aberrarē amoꝝ ꝓbitate Non enim abiecti neqꝫ ingeneroſi ē excedere ī dādo et non capere dementis tñ   Sed qui ꝑ hunc modum prodigus ē multo melior eſſe videtur q̄ auar⁹ tum ꝓpter ea que ſupra dc̄a ſunt tuꝫ etiam ꝙ hic quidem multis prodeſt: ille nemini : nec ſibi ipſi quidem

Verum pleriqꝫ prodigorum vt dictum eſt accipiunt vnde non oportet: et ſecundum hoc auari ſunt· Accipiunt vero propter erogandi cupiditatem: quod leuiter fieri nequaq̄ poteſt deficientibus confeſtim rebus· Itaqꝫ neceſſitas cogit vt aliunde ex ſupleant: et ſimul ꝙ de honeſtate nihil curāt: ſine vllo reſpectu vndiqꝫ capiunt· Dare autem cupiunt quomodo autem vel vnde nulla apud eos differentia eſt   Quamobrem nec eorum dationes liberales ſunt : non enim honeſte: neqꝫ huius ipſius gratia nec vt oportet· Sed interdum quos pauperes eſſe conuenit : eos diuites faciunt et honeſtis quideꝫ hominibus nihil dant· Aſſentatorib⁹ autem: aut aliam quāpiaꝫ voluptatē afferentib⁹ multa Ex quo fit vt plurimi eoꝝ diſſoluti ſint: ſumpt⁹ ī flagiciis ꝓne faciētes· et qa honeſtatē non ſequunt̄ ī vita declināt ad uoluptates   Prodig⁹· n· ſine emēdationis cura ad iſta t̄nſgredit̄· Cura vero: et diligentia adhibita ad mediū atqꝫ ad id qđ oportet deuenire poteſt   Auaricia aūt īſanabilis ē· Nā et ſenect⁹ et inbecillitas oīs auaros facere videt̄· Et eſt magis a natura hōib⁹ inſita q̄ ꝓdigalitas· Plurimi enī pecūiaꝝ cupidi ſūt magis q̄ largitores· et lōge extēdit̄ ac mltiplex ē· Plres· n· vident̄ eſſe auaricie modi

Naꝫ cũ duobꝰ ꝯſiſtat defectꝰ dãdi: et accipiendi exceſſu: nõ omnibus tota adheret ſed quandoq̧ tota ſcinditur: et alii in capiẽdo excedunt: alii in dando deficiunt Nam qui huiuſmodi appellationibus nuncupantur ceu parci tenues aridi omnes in dando deficiunt. Aliena vero non appetunt neq̧ capere uolunt Partim propter quandam modeſtiam: et abſtinentiam a rebus turpibus. Videntur enim quidam; vel ſaltem aiunt ob id cuſtodire ſua ne compellantur aliquando turpe aliquid facerẽ Horum ſunt qui in ſingulis etiam vilibus minutiſſimiſq̧ inſiſtunt. Omnes ab exceſſu non dandi cuiq̃ nominati Alii vero ob metum abſtinent alienis quaſi facile nõ ſit ipſos aliena capere ac non alios ſua. Itaq̧ illis placet: neq̧ dare: neq̧ accipere Alii rurſus in capiendo excedunt omnia undiq̧ accipientes: velut q illiberalia exercẽt: ut lenones et feneratores: et omnes huiuſmõi et q pauca pro multo. Hi enim omnes unde non oportet capiunt et quantum non oportet. Comunis eſt his lucrandi turpitudo omnes enim lucri gratia: et huiuſmodi quidem exigui probra ſuſtinent Nam qui grandia quidem vnde non oportet et q̃ nõ oportet capiũt: ceu tyranni vrbes hoſtiliũ ĩuadẽtes dirripientesq̧ et tẽpla ſpoliãtes: eos illiberales nõ dicimꝰ: ſꝫ ĩpbos potiꝰ et ipios et iniuſtos. Aleatores tñ et latrones et pirate illiberales ſunt: qm̃ ſordido in lucro ꝟſanť. q̃ſtꝰ. n. gr̃a faciũt et ꝓbra utriq̧ ſuſtinent Alii extrema pericula adeuntes pro queſtu alii ab amicis quibus dare opꝫtet acq̃rentes. Vtriq̧ igiť vñ nõ oportet

lucrari uolentes ſordidi ſunt et omnis huiuſmodi queſtus illibe ralis Merito autem liberalitati auaricia magis opponit̃ Nam et maius malum eſt q̃ prodigalitas et magis in illa peccant homi nes q̃ in prodigalitate De liberalitate igitur :et uiciis que illi contraria ſunt hec dicta ſufficiant

CONSEQVENS eſſe uidet̃ de magnificencia diſſerere Nam et hec uirtus quedam circa pecunias exiſtit. Sed nõ ita ut liberalis ad omnes res pecuniarias pertinet :ſ; ad ſumptu oſas ſolum in his liberalitatem magnitudine excedit Nam ut ip ſum nomen oſtendit in magnitudine decens ſumptuoſitas eſt. Magnitudo vero ad aliquid. Non enim eadem ſumptuoſitas p̄ fecto triremis :et ludorũ theatralium exhibitori Decens autem ad ipſum in quo :⁊ circa que. Qui autem in paruis :aut medi ocri bus pro dignitate ſumptus facit hic magnificus non dicitur ſed ille q in magnis. Nam magnificus quidem liberalis eſt liberalis autem nichilo magis magmificus Huius autem defectus medi ocritas dicitur. Exceſſus vero vulgaris uentoſitas :et inexplebi litas et quot ſunt huiuſmodi que non in quibus oportet : exce dũt ſed in qbus non oportet :et vt nõ oportet ſplendorẽ cõgrũe de quibus poſtea dicem9 Magnificus ſcienti ſimilis eſſe uidet̃ Nam et decentiã intelligere põt et magnos ſumptus ita vt cõue nit facere Vt enĩ ab inicio diximus habitus opacionib9 t̃miat̃ et quorum eſt. At magnifici ſumptus magni ac decentes ſunt.

Talia igitur et opa. Sic enim ſumptus magnus erit et conueniens operi: vt opus ipſum ſumptu dignum eſſe oporteat Sūptum autem opere vel eciam excedere Sumptus vero huiuſmodi faciet magnificus honeſti cauſa. Comune enim hoc uirtutibus. Et preterea cum uoluptate ac profuſione quadam. Nam computandi raciocinandiq; diligentia magnificentie contraria ē Itaq; magis cogitabit quemadmodum pulcherrimum: et ſpecioſiſſimū quā quāti conſtet: et quemadmodum in eo quam minimum expē dat̄ Neceſſarium eſt enim. vt magnificus liberalis ſit. Nam liberalis ſumpt9 facit quos oportet. In his autē magnitudo magnifici eſt: cum in his quoq; liberalitas uerſetur Et a pari ſūptu opus magnificencius faciet Non enim eadem uirtus poſſeſſionis et operis. Nam poſſeſſio que plurimum digna: ac precioſiſſima ſit: ceu aurum. Opus autem quod magnum et decorum. Huiusmodi autem aſpectus admirabilis eſt. Quod autem magnificum admirabile eſt. et uirtus operis magnificencia in magnitudine.

Quoſdam ſumptus honorificos dicimus ueluti in rebus diis ſacratis: uaſiſq; ſacrificiis. Similiter et circa omnem rem diuinam ꝛ ċca. pu. magnificētiā. Vluti ſi quo ī loco ludi publice exibeāt̄ aut p̄fecture nauiū aut epulū publicū Verū ī oīb9 ut dictū eſt ad agētē hēt̄ reſpect9: qs ipe ſit ꝛ qb9 p̄dic9 facſtatib9. Digna quidem his ſint oportet Nec ſolum opus: neceſſarium enim eciam auctorē decere Ex quo fit ut pauper q̄dē magnificus eſſe non poſſit cum ei non adſit quod cum decencia erogare queat et

ſi erogare pgat fatuus ſit quoniã preter dignitatẽ atq̃ decentiã et ĩ virtute id ĩſit vt recte quidq̃ fiat Iſta vero eos decẽt qb9 hec talia iam anteã exiſtũt vel p̃ ſe ipſos vel p̃ maiores ſuos: vel p eos q̃ ad ipſos pertinẽt et nobiles et claros et q̃ huiuſmodi ſ̃t Nã hec oĩa amplitudinẽ hñt atq̃ dignitatẽ Magnific9 igiẽ precipue ĩ huiuſmodi rebus erit: ac ĩ huiuſmodi ſũptibus magni ficẽtia vt dictum ẽ. Naʒ hec maxima et honeſtiſſima ſunt In priuatis aũt rebus q̃ ſemel fiunt vt nuptie: et ſi q̃d tale Et ſi in aliquo tota ciuitas ſtudeat: vel circa dignitatẽ vl̃ circa hoſpi tum ſuſceptiones eorũq̃ comitatum: et munera: et remuneratiões Non. n. in ſe ipʒ ſũptuoſus ẽ magnificus ſʒ ĩ publica. Dona x̃o ſimile q̃ddã hñt his que diis ſacrant̃ Eſt et̃ magnifici domũ parare diuiciis ꝯgruentem: ornamentum. n. et hec quoddam eſt et ĩ his maxime ſumptus facere q̃ ſunt diu permãſura. Specioſiſ ſima. n. hec Et ĩ ſingulis ineſt decus quoddam nõ. n. eadẽ ꝯue niunt diis et hominib9 neq̃ tẽplo et ſepulcro. Et ſumptuũ vnuſ q̃ſq̃ magn9 ĩ ſuo genere: ac magnificentiſſimus q̃ ĩ magno mag nus. Hic aũt q̃ ĩ his magnus. Et differt magnũ illud qued ẽ in ope ab eo q̃ ẽ in ſumptu. Nam pila quidem aut capſula pulcher rima magnificentiam hẽ puerilis doni precium vero puſillum ẽ ac liberale. Quapropt̃ magnifici ẽ ĩ quocũq̃ genere faciat: mag nifice facere. Nã ſic nõ facilit̃ ſuperari põt et ſumpt9 habet dig nitatem. Magnificus quideʒ igitur talis ẽ Excedens vero ac ventoſus in ſumptu non oportune faciende excedit vt dictum ẽ

Nam in paruis ſumptibus multa cõſumit: et ſplẽdorem ꝯtra de centiam captat vt ſi hiſtrionibus nuptiali apparatu epulas pa ret et comedorum exhibeat chorum efferens purpuram. vt mega lences: et hec omnia faciat nõ gratia honeſti ad obſtentationem diuiciaꝝ. putãs ea de causa homines ĩ ſui admirationem conuer tere et vbi opus ẽ magnis ſumptibus puos faciens. Vbi uero puis magnos Modicus aũt in oĩbus deeſt: et plurima conſumens in parua re decentiam pdit et quidquid agit tardus eſt atq; moro ſus ſemp conſiderans q̃ admodum ĩ eo q̃ paꝝ expẽdat et hoc ipꝫ cũ q̃relis agit et cũcta maiora q̃ optet ſe facere exiſtimat Sũt hi duo habitus vicia qdem nõ tñ uituperationem afferunt: quuꝫ neq; damnoſa aliis ſunt neq; nimium deformia.

Agnanimitatem vero circa magna verſari vel ex ipſo no mine ꝯſtat. Sed circa q̃lia exiſtat primo ꝯprehendamꝰ. re fert aũt nihil: utruꝫ ipſum habitum: an eum q ſecundum habitũ conſideremus Videtur magnanimꝰ eſſe: q ſe magnis dignatur quũ ſit qdem dignus Nã q nõ pro dignitate hoc agit iſipiẽs eſt. Eoꝝ vero qui virtute prediti ſunt nemo inſipiẽs: neq; fatuꝰ Magnanimus igitur is ẽ quẽ diximus Qui vero paruo dignꝰ ẽ ac ſe parui facit modeſtus qdẽ ẽ: ſed nequaq̃ magnanimꝰ Naꝫ in magnitudine magnanimitas conſiſtit quemadmodũ et pul critudo in magno corpore parui auteꝫ vrbani quidem et apti ſꝫ

non pulchri Qui vero ſe magni exiſtimat quum indignus ſit: tumens eſt et inflatus opinione ſui. Qui autem pluris q̄ mereat̄ non omnis tumens Qui vero minoris q̄ ipſe ſit puſillanimus ē ſiue hic magna: ſiue mediocra ſiue parua mereatur: etiam minor̄ ſeſe dignum arbitretur: et maxime vtiq̄ uidebit̄ hic magno dignus. Naꝫ quid ageret: ſi non dignus foret Eſt itaq̄ magnanimus magnitudine quideꝫ ſummus: eo autem ꝙ oportet medius. Nam uti dignum eſt ita ſe exiſtimat. Alii uero excedunt. ac deficiunt Quod ſi ſe magis dignatur: et dignus eſt ac maxīe maximis: circa vnum vtiq̄ maxime erit. Dignitas autē dicitur ad externa bona. Maximum autem horum id ponendum eſt quod diis tribuimus: et quod maxime affectant qui in dignitate ſunt et quod rerum preclariſſimarum precium eſt. Id eſt autē honor Maximum erit in id externorum bonorum. Circa honores ergo et inhonorationes magnanimus eſt vt oportet Et ſine ratiōe autem videntur magnanimi circa honorem verſari. Honore. n. ſe maxime dignātur magni viri verum iuxta dignitatem Puſillanimus vero deficit ad ſe ipſum et ad magnanimi dignitatē

Tumens autem et inflatus opinione ſui ad ſe ipſum excedit non tamen ob magnanimuꝫ Magnanimus ſiquidem maximis dignus erit vtiq̄ optimus. Nam ſemꝑ qui melior eſt maiora mereatur: et qui optimus maxima. Euꝫ igitur qui vere magnanim9 ſit bonū eſſe oportet Et uidet̄ q̄dē eſſe magnanimi q̄ō ē ī vnaquaq̄ virtute magnū Nequaq̄ vero illi conuenit cedere laceſ

ſenti neq̧ iniuriam inferre: cuius.n.gr̃a turpe aliq̄d facere cui nihil magnum ē et p̄ ſingula ↄſiderat magnanimus niſi bonꝰ exiſtat oīo ridiculꝰ videbit̄ q̄m honorē nō meret̄ q̄ prauus ē. Honor.n.ē virtutis premium: et tribuit̄ bonis Videt̄ ergo magnanimitas ceu ornatꝰ q̄dā eſſe virtutum. Nā maiores illas facit et ſine illis nō eſt Quapropt̄ difficile ē vere magnanimū eſſe non.n.poſſibile abſq̧ accumulata probitate Maxime ergo circa honores et inhonorationes magnanimꝰ ē Ac ī magnis q̄dē et a grauibus viris h̄itis moderate letabit̄.q.debitis potitꝰ aut etiā minoribus. Nam virtuti oīo p̄fecte ſatis dignus honor h̄ri no pōt. Veꝝ. tn̄ recipiet q̄m maiora exhiberi nō poſſūt Paruos aūt et a quibuſuis h̄itos paruipendet. Non.n.his dignus Eodem modo et in honorationem. Non.n.erit iuſte circa illū. Maxime q̄dē igit̄ vt dc̄m ē vir magnanimꝰ circa honores ē Qui et circa diuicias et circa potētiā et circa oēꝫ p̄ſperitatē aduerſitatēq̧ vt cūq̧ accidant moderate ſe habebit nec in p̄ſpis gaudebit nimium nec aduerſus nimium turbabitur Nā neq̧ ī honore ſic ſe habet quod maximū eſt. Potentie.n.et diuicie p̄p̄t honorē expetunt̄ itaq̧ illas q̄ h̄nt p̄ illas honorari volūt et cui honor paruum ē huic et alia Ex quo fit vt ſupbi videant̄ Fortūa etiam videtur ad magnanimitatem cōferre. Nobiles.n.et potētes et diuites honore digni habentur. In excellentia.n.in bono autem omne excellens honorabilꝰ qua propter talia magis magnanimos faciunt. Honorantur.n.a q̄buſdā Sꝫ ſc̄m veritatē

ſolus bon9 honorabilis eſt ad cui vtrūq; exiſtit. Is magis honor dignus eſt. Qui uero ſine uirtute talia bona habent: neq; iuſt ſe ipſos magnifaciunt: neq; recte magnanimi dicuntur. Nā ſine uirtute pfecta iſta nō ſunt. Superbi aūt et petulantes fiunt ſi talia poſſideant. Nam abſq; virtute ſecundas res moderate ferre non facile ē qđ quum illi face nequeant: ac putent ſe ceteris antecellere. alios qdem ɔtemnunt. Ipſi uero quoduis agunt: Imitant .n. magnanimum quuʒ ſimiles illi nō ſint hoc aūt faciunt in qb9 poſſunt. Que igiť ſecunduʒ virtuteʒ ſunt ea non agunt et alios infra ſe putant. At magnanimus infra ſe iuſte putat. nam iudicat ſecundū veritatem. Multitudo vero vt ɔtingit. Magnanimus nec parua nec frequenter pict̄a adit obid. ſ. q; pauca ſunt q̄ ab illo extimentur. Ad magna adit. Et quando illis ſe prebet vite ſue nō parcit. q. indignum ſit ita oio viuere. Et bene facere aliis promptus ē bene ſuſcipere auteʒ pudet: aliud aūt ſupantis ē aliud eius q ſupeř. In retribuendo aūt excedit. Nam ſic debitorem ſibi inſup facit: maioribus beneficiis in eū collatis.

Videntur autem commemorare in quos ipſi beneficia contulerunt a quibus vero ipſi accepunt non videntur commemorare. Inferior .n. qui beneficiuʒ accipit: eo qui confert ipſe vero ſuperior eſſe vult. Et hec libeter audit: illa moleſte. Itaq; Thetis beneficia Ioui non narrat. Neq; Lacedemoni athenienſib9: licet acceperint. Eſt etiam magnanimi neminem precari aut certe vix obſequi vero prōpte. Et erga homines ī dignitate aut diuici[illegible]

cōſtitutos magnum ſe gerere. Erga medíocres vero conuenientē

Nam illis quidem excellere arduum eſt ac glorioſum his uero facile Et inter illos ſe amplum gerere non ingeneroſum ē. Inter humiles uero graue quaſi inter decillos excerceat uires nec ad preclara contendat aut vbi ceteri excellunt Sed ocioſus ſit et piger at vbi honor magnus vel res agenda incumbat. Et pauca quidē aggreditur ſed magna certe ac preclara Neceſſe ē etiā vt palā oderit palamq; amet. Nam occultare timidi ē Ac veritatē magis q̄ opinionē curabit Et loqtur et aget palā. Cōtēptor enī eſt ideo audax. Audax vero ideo ꝯtempnens Ac uerax eſt niſi forte per hironiā. Sꝫ hironia ad multitudinē Et ad alt̄um non poſſe uiuere niſi ad amicum; Seruile namq;. Itaq; om̄is adulatores ſeruiles et omnes humiles adulatores. Neq; vero admirator erit quia nihil ſibi videtur magnanimi Neq; odii tenax. Nō. n. magnanimi eſt refricare animo preſtī mala ſꝫ magis paruipendere Neq; de hoīb9 multum loquetur. Nam nec d̄ ſe dicet: neq; d̄ aliis. Non. n. ſibi cure ē ut ipſe laudetur nec ut alii uituperentur. Nec rurſus laudator ē quapropt̄ nec maledic9 nec de inimicis: niſi quū inuehitur Et de neceſſariis aut minutis minime q̄rulus aut precator Nam ita ſe hr̄e eius ē q̄ iſta curet

Magiſq; volet res preclaras et infructuoſas: q̄ fructuoſas et vtiles. Nam id magis per ſe ſufficientis Motus vero eius tardus eſſe videtur vox grauis: et loquutio firma. Non. n. propat qui paucis intendit: neq; vehemens eſt q̄ nihil magnum putat.

Volubilitas aūt lingue:ac ꝑperatio illoꝝ de cā fit Talis qdē magnanimus ē Qui vero deficit puſillanimus:q excedit tumēs dr̄ et inflatus opinione ſui. Nec ſane mali hi videntur eſſe quū nemini malefaciant. Sed certe aberrant Nam puſillanimus q dem quū bona mereat̄ ſe ipm priuat his quibus dignus ē Ac videtur malum quiddam hr̄e qa ſe dignum bonis nō putat et ſe ipm ignorare. Nam cuperet certe illa quibus dignus ē quū ſint bona. Non tn̄ demētes iſti videntur ſed magis moroſi Huiuſ modi aūt opinio deteriores facit. Singuli.n.appetunt ſecundū dignitatem. Abſtinent vero a preclaris rebus exercitiiſq̨.q.in digni ſint:eodēq̨ modo et ab externis bonis Tumētes ꝓo ac inflati dementes ſunt:et ignorantes ſui:ad id qdem vehemenť. Tanq̄.n.digni ſint honorabilia inuadūt. Mox redarguuntur Veſtituq̨ ſe ornant et geſtu et huiuſmodi. Fortunaſq̨ ſuas iac tant. Ac palā eſſe volunt:vt ꝑ illas honorentur Opponiť ꝓo magnanimitati puſillanimitas magis q̄ inflatio. Nam frequen tior eſt ac deterior Magnanimitas igitur vt dictum eſt circa honores verſatur magnos

Idetur et alia quedam virtus circa honores exiſtere vt ante diximus que ad magnanimitatem proxime acce dit quemadmodum liberalitas ad magnificentiam. Ambe enim iſte a magnitudie abſt̄:et c̄ca medic̄ca pua q̨ nos diſponūt ut oꝝ

e

Vt autem in dandis:capiendiſq; pecuniis mediocritas eſt ac exceſſus ⁊ defect9 ſic honoris cupiditate exceſſ9 et defect9 mediocritas quedam eſt Vituperam9 enim ambicioſum quia pluſq̃ oportet. aut unde non oportet honorem appetit. Vituperamus et remiſſum:qa nec honeſte qdem honorari querat Inẽdum uero et ambicioſum quaſi uirilem: ac glorie cupidum: et remiſſum q̃ſi humanũ:et modeſtũ laudamus Conſtat autem:ꝙ cum plurimis modis cupidum alicuius rei dicamus. Non ad id ſemꝑ ambicioſum referimus. Sed laudantes ꝙ magis q̃ vulgus. et uituperantes ꝙ magis q̃ oportet Cumq; medium ſit innominatuꝫ extrema de medio vacuo certare adinuiceꝫ videntur In quibus vero eſt exceſſus:et defectus: in eiſdem mediũ. Affectat̃ honor magis q̃ oportet et min9:ergo et ut oportet affectare eſt Laudatur eim hic habit9 q mediocritas eſt circa honores ſine nomine Videt̃ autẽ et ad ambicionem remiſſio. et ad remiſſionẽ ambicio et ad vtrũq; vtraq; quodãmodo opponi hoc et ĩ aliis virtutib9 eſſe uidet̃ Sed hic ex eo extrema oppoſita vident̃ ꝙ mediocritas ipſa ſine nomine eſt

Anſuetudo mediocritas eſt circa iram cũq; mediũ. Iteq; fere extrema ſũt abſq; nomine. Medio quid manſuetudinem attribuim9 ad defectũ:qui itẽ ſine noĩe eſt declinantem. exceſſus vero iracũdia dici poteſt Affect9 ergo eſt ira facientia

vero mĩta ac uaria ſũt. Qui igiť ꝑ quib9 oportet et cõtra quos
optet iraſciť: et ꝑterea vt oportet: et qñ et quãto tẽpore laudať
manſuet9 hic utiqꝫ erit. Si qdem manſuetudo laudať. Vult enĩ
manſuetus quietus eſſe. Nec a perturbatione deferri. Sꝫ ita vt
racio ꝑcipit in his: et ad tm̃ tempus iſenſum eſſe. Magiſqꝫ in
defectu peccare videtur. Non enim uidex eſt manſuet9: ſed ma
gis clemens Defectus aũt ſiue ille ſegnicies ſit: ſiue qdvis tan
dem vituperatur Nam qui nõ iraſcunť ĩ quibus oportet: ſtu
pidi videtur eſſe et q non ut oportet: nec quando: nec aduerſus
quos oportet Videť enim q non iraſcitur: neqꝫ ſentire neqꝫ do
lere: neqꝫ reſiſtere Atqꝫ ꝑferre ꝯtumelias: et ſuos negligere: ſ
uile eſt Exceſſ9 aũt per oĩa fit. Nam et qbus non oportet: et
pro quibus non oportet: et magis q̃ oportet: aut vehementi9: et
maiori tempore Nec tamen omnia eiſdem exiſtũt nõ enim fi
eri poteſt. Nam malũ ſe ipſum deſtruit et ſi integruꝫ undecũqꝫ
ſit intollerabile eſt Iracundi ergo celeriter iraſcũtur: et qb9 nõ
oportet et ꝑ quibus nõ oportet. et magiſq̃ oportet. Sꝫ cito deſiſ
tũt quod in ipſis optime eſt Euenit aũt id quia non cõprimunt
irã ſed eã reddũt ac ſe oſtendũt ꝓpter acuitatẽ ſubideqꝫ ceſſãt.
Exceſſiue aũt acuti ſunt quibus ſũma inextimabilis et ad omne
atqꝫ ĩ omni iracũdi Vnde et nom̃ hñt Amari ꝓo difficile placãť
et lõgũ iraſcũť tp̃s qa irã ꝯp̃mũt Ceſſatio ať fit qñ ꝛddiť. nã ul
tio ceſſaꝛ irã fac̃ Voluptatẽ ꝑ iꝛ piẽs ſꝫ donec id ñ fit on9 ꝛtinẽt
nã q m̃ oculta ẽ ira illi mitigãde itẽdit neo ut ꝓo i ſe ipa digeať

tempore indiget. Sunt autem hi plurimum moleſti et ſibi ipſis et amiciſſimis Eos vero acerbos dicimus qui pro quibus nō oꝫ magis q̄ oportet:et longius tempus infenſi:nec placantur ſine ſuplicio vel pena Manſuetudini magis opponimus exceſſum Et frequentius fit humanius.n.ē magis vlciſci Et in vita acerbi peiores ſunt Quod et ſupra diximus et ex dictis patet illud non facile determinare quomodo et quibus et quanto tp̄re et pro quibus iraſcendum ſit et quo ad recte faciat quis vel aberret. Nam qui paꝝ tranſgreditur nō vituperatur ſiue in magis ſiue in minus. Interdum.n.deficientes laudamus: et manſuetos vocamus:et iraſcentes viriles.q.ad dominandum aptos. Sed q̄tum et qualiter excedens vituperandus ſit: non facile eſt verbis oſtendere in ſingulis.n.atq̧ in ſenſu huius rei iudiciuꝫ ē At illud manifeſtum ꝙ medius habitus laudabilis ē per queꝫ iraſcimur quibus oportet et vt oportet et talia oīa. Exceſſus autē et defectus uituperantur et ſi parumper fiāt leuiter ſi ulterius grauiter. Conſtat igitur medium habitum eſſe amplectendū At de diſpoſitionibus circa iram hec dixiſſe ſatis ſit

N vita ꝓo atq̧ cōi vſu ꝓboꝝ et actuū qdā aſſētatores ſ t̄ q placēdi ſtudio laudāt oīa : et nihil aduerſant̄ putantes oportere minime ſe moleſtos cuiq̄ eſſe Alii contra ab his i cūctis diſſidētes nec offendē qcq̄ verentes inhūani et ꝯtēcioſi uocāt̄

Q igitᷣ huiuſmodi diſpoſitiones vituperande ſunt manifeſtuʒ ē ꝙꝓ mediocritas boꝝ laudanda recipiēs q̄ oportet: et vt optet Contrᷓia vero eodem modo repellens Huic uero nomen non ē. Sed amicicie videtur ſimilis eſſe maxime. Talis eſt.n.qui hanc mediocritatem ſeruat: qualem dicere uolumus humanum: et amicum dilectionem aſſumentem Sed differt ab amicicia ꝙ affectu caret: nec ad eos reflectitur quibus quum verſatur: nō.n.amore uel odio ſed ꝙ ipſe talis eſt ea recipit que oportet. Idem.n. erga notos et ignotos conſuetos et īconſuetos ſimiliᷣ faciet Preᷣ q̄ ꝙ in ſingulis vt decet. Non.n.conuenit ſimiliter familiarium et extraneoꝝ curam hr̄e nec eodem modo eius moleſtū eſſe Sūmati igitur dictum ſit eum ita conuerſaturum vt oportet Cōiectabit autem non offendere vel placere referens ad honeſtateʒ vel ad vtilitatem. Videtur.n.circa voluptates et moleſtias que in conuerſationibus exiſtunt verſari Harum vero quibuſcūꝗ vel non honeſtum ē: vel damnoſum aſſentiri. Eas non feret ſed moleſtus eſſe pget et ſi agenti deformitatem nō puam afferat vł dānū. Aduerſatio aūt puā moleſtiā nō tollerabit: ſʒ moleſt9 erit

Cū ſūmis vero et īfirmis ac magis et minus notis varie ꝯuſabit. Siſr et ſecundū alias differentias debitū cuiꝗ tribuet Et placere p ſe ipm optabit. moleſtum vero eſſe cauebit. Contingētia aūt ſi maiora ſit ſeqᷣ. Dico aᷣ de honeſto: et utili et volūtatꝭ qdē grā eᷣ ſi magna p ventura inde ſit paꝝ offendet medioc̄s .n. talis ē: nomē nō hn̄s Qui aūt placere ſtudet ſi voluptatis

cauſa nec ob aliud quicq̄ id agat: laſciuus dr̄. Si vero vtilitatem quandam inde adipiſcatur in pecuniis aut in re pecuniaria adu lator  At qui oībus ſe opponit inhumanum: et contenciosum diximus eſſe  Videntur autē extrema inter ſe opponi: quia medium abſq̄ nomine eſt

Irca eādē ferme eſt oſtentationis mediocritas. Ipſa quoq̄ īnominata  Nec ab re fuerit de ea quoq̄ trāſigē  Nā et magis ea que ſunt circa morē cognoſcemus: ſi de ſingulis tranſigamus  Et ſimil̄ mediocritates eſſe virtutes mag̃ credim9 ī cūctis ita eſſe cernentes  In vita igitur qd̄ ad uoluptatem aut moleſtiā conuerſātur diximus  Nunc de ueris et mendacibus dicemus. Similiter in verbis ac rebus et fictionibus  Videtur .n. oſtentator fingere ſpecioſa quum non aſſint ſibi: uel maiora q̄ aſſint. Ironicus vero contra que ſibi aſſunt negat vel minora facit  Medius autem alteruter quidam eſt: vita et ſermone verax. Is et fatetur q̄ ſunt circa ſe nec maiora aut minora facit  Sʒ hec ꝑ ſingula: et alicuius gr̄a fieri poſſunt: et nullius. Quiſq̄ vero q̄lis ipſe ē talia agit et dicit et ita viuit niſi alicui9 gr̄a agat  Mēdaciū ꝓo ipſ̄ ꝑ ſe ī̄pbū ē ac vituperatiōe dignū. Verū aūt probū ac laudabile ita verax q̄ medi9 ē laudabilis. Mendaces ꝓo vtriq̄ vitupandi: ſʒ mag̃ oſtentator  Dicemus aūt de vtroq̄. Sʒ primum de eo q̄ Varax ſit nec de illo nunc dicimus: q̄ in confeſſionibus vera fatetur. Nec de his qui ad ius et iniuriam pertinent

Nam id alterius eſſet uirtutis. Sꝫ de eo q̄ ī q̄b9 nihil tale refert
ſermone et vita varax ē. Eo ꝙ ipſe ſecundū hītum talis ē Vi
detᷣ aūt huiuſmodi vt vir ꝓbus eſſe. Nā q̄ veꝝ diligit: et ī his ī
q̄bus nihil refert verax ē. Is multo magis in q̄bus refert uerax ē
Vt. n. turpe mēdacium fugiet q̄ p ipꝫ fugiebat. Talis aūt lauda
bis Sꝫ ad minus q̄ reuera ſit magis declinat. Congruēti9. n.
id videtᷣ quoniā ſupexcellentie inuidioſe ſunt Sed q̄ res figit
maiores q̄ ſint ſiquidem nullius gr̄a prauus quodāmodo videtᷣ.
Non. n. vtiq̄ gaudet mendacio. Van9 tn̄ ē potius q̄ malus. Qui
vero alicuius gr̄a ſi glorie aut honoris: non nimis uituperandus
q̄ admodū oſtentator. Si lucri cā deformior eſt Non in poten
tia ſed in electione oſtētatio eſt. Nam ſecundum habitum et q̄a
talis oſtentator exiſtit quemadmodum et mendax. Alter. n. mē
dacio gaudet. Alter glorie cupiditate vel lucro Qui igitᷣ glo
rie cā oſtentationem faciunt talia fingunt ex q̄bus laudandi aut
beati videantur. Qui vero lucri cauſa faciunt hi ea fingunt quo
rum uſus ad proximos pertineat: et que clam eſſe poſſint ceu me
dicum aut aruſpicem egregium q̄ ideo pleriq̄ fingunt atq̄ oſten
tant: ꝙ hec in ſe ipſis ſunt Ironicos vero ſua attenuantes: vr
baniores eſſe conſtat. Non. n. lucri cauſa faciunt: ſed vt fugiant
timiditatem Maxime vero hi glorioſa negant vt Socrates fa
ciebat: ſed qui parua et manifeſta fingunt glorioſi dicuntur ⁊ fa
cile ſpernendi ſunt. Interdum autem oſtentatio eſt. ceu La
cedemoniorum veſtitus. Nam exceſſus ac defectus nimius

oſtentationem q̃ndã habet. Sed q moleſte ironia vtitur et circa que nimis ante oculos poſita:ac patentia ſunt vrbani videntur

Veritati oſtentatio magis opponitur et deterior ẽ:q̃ ironia

Vm autem ſit in vita ceſſatio quedam a negociis et i ea cũ iocunditate temporis tranſmiſſio. Videtur hic quoq; eſſe conuerſatio quedam ꝯueniens et qualia et quomodo dicere audi req; oportet. Differt autem in talibus dicẽ:aut talia audire. Cõ ſtat vero circa hec quoq; eſſe exceſſum et defectum medii. Qui igit̃ magis q̃ oportet riſum mouent ſcurre vident̃ eſſe et onerosi ſunt. Nam riſum ſequuti magꝭ cogitant q̃ admodum mouere illũ poſſint q̃ admoduꝫ honeſte loquant̃ nec queq̃ offendant q ꝯo nec dicunt ipſi aliquid iocundum nec alios dicere patiunt̃ rudes et agreſtes videntur. Enim vero q cũ mediocritate iocat̃ comis appellatur Moris.n. vident̃ eſſe tales motus ꝗ admoduꝫ ꝯo corpora ex motibus iudicant̃ ita et mores Redundande aũt ridiculo:et pleriſq; gaudentibus ioco et ſalibus magis q̃ oportet ſcurre quoq; placent. Itaq; nuncupant̃. q.comitate hẽant et ſit elegantes. Sꝫ non paꝝ differre eos ex iã dc̃is apparet Medii aũt hic⁹ ꝓpria ẽ vrbanitas vrbano aũt ꝯuenit talia dicẽ atq; au dire q̃lia modeſto et ingenuo ꝯgruũt Sũt.n.q̃dã:q̃ dicẽ et au dire huiuſmodi decet hoĩes ⁊ ĩgenui ioc⁹ differt ab eo qui eſt ſer uilis et docti ab eo: qui eſt indocti intueri licet in antiquis:et nouis comediis. Aliis enim erat iocus obſcenitas verborum

Aliis vero ſubintellectio. Refert aūt hoc nō parum ad honeſtatem Vtrum igitur determinandum eſt eum qui in aliquem iocatur recte iocari ſi dicat ea que decent ingenuum. an ſi non offēdat audientem. Vel ſi permulcet An tale aliquid indeterminatū ē cū aliud aliis oderit: ametq; ac talia libenter auditur9 ſit Qui enim audire ſuſtinet: hec et facere uidetur At non oīa faciet. Iocus. n. ī aliquem dictus conuicium ē. At legum latores nō nulla conuiciari prohibent. Oportebat forſan et iocari. Vrbanus igitur et ingenuus ita ſe habebit: quaſi ipſe lex in ſe ipſo exiſtat

Talis ergo medius ē ſiue hic vrban9: ſiue comis dicat̄ Scurra vero inferior ē q̄ ridicul9. Nec ſibi ipſi nec aliis parcit: modo riſum mouere queat: et talia dicit qualia vrbanus non diceret: et quorum aliqua ne audire quidem ſuſtineret Ruſtic9 vero ad has conuerſationes inutilis eſt quū nihil ipſe afferat: et cūcta aſpernetur ceſſatio et iocus neceſſarii videntur in vita Tres igitur mediocritates ſupdicte ſunt omnes in vita: circa comunē vſum verborum et actuum differunt vero q earum vna circa veritatem. Alie ciria voluptatem uerſantur. Earum rurſus que ſ t circa voluptatem: alia in ioco: alia in ceteris vite conuerſatiōib9

E verecundia nō ita loqndū ē. q. de aliqua virtute nam affectui magis q̄ habitui ſimilis eſt Itaq; eam diffiniunt timorem quendam eſſe dedecoris Fit autem prope ſimiliter

ac timor ille in rebus grauibus. Erubeſcunt.n. verecundantes. Mortem uero timentes palleſcunt. Itaq̧ corporalia quodãmodo videntur vtcq̧ qđ affectus magis eſſe ꝯtat q̃ hĩtus Nec vero oĩ etati ꝯgruit verecundia ſed iuuenili. Putamus.n. eos q̃ huiuſ modi etate ſũt uerecũdos eſſe oporteř propterea ꝙ illi cupidita tibus obnoxii: verecundia prohibentur in multis delinq̃re Et laudamus ex iuuenib9 verecundos. Seniorem vero nemo laudat ꝙ verecundus ſit Nihil.n.ab eo fieri cenſemus qđ ſit verecũ dia dignũ Nõ.n.probi ẽ.uerecũdia ſiq̃dem prouenit ex im̃ ꝓ bis. Non.n.agenda ſunt talia Si uere alia ſecundũ veritatẽ: alia ſecundũ opinionez turpia ſunt nihil refert. Neutra.n.agẽ da ſunt itaq̧ nec verecundandum. Improbi vero ẽ talem eſſe vt aliq̃d turpe faciat Verꝫ ita ſe hr̃e vt ſi faciat quicq̃ tale vere cundetur et propter hoc putare probum eſſe abſurdum ẽ. Et.n. verecundia in voluntariis eſt. Volens aũt ꝓbus vir nuq̃ faciet praua Eſſet aũt verecundia ex ſuppoſitione vtiq̧ ꝓbũ. Si.n. faciat verecũdabitur. Sed non eſt hoc circa virtutes Impudẽ tia vero improbum et non uerecundari cũ male agat. Sed nihilo magis hec facientem uerecundari probum eſt. Continentia quo q̧ nec ipſa quidem uirtus eſt: ſed quedam mixta. Oſtendemus autem de illa poſtea Nunc de iuſticia dicamus

d E IVSTICIA: et iniuſticia cōſiderādum eſt: et c̄
ca quas res exiſtant et qualis mediocritas iuſticia
ſit et iuſtum quorum medium Conſideratio autē
iſta eodem modo nobis ſit. vt in precedentibus Videmus igit̄
omnes eiuſmodi habitum dicē uolentes iuſticiam per quem iuſto
rū operatores ſunt et pagūt: et volūt res iuſtas Eodē modo ō
iniuſticia per quam iniuriantur: et uolunt iniuſticia. Quāobrē
hec primuȝ nobis preſuppoſita ſint Non enim eodē modo res
ſe habet in ſcienciis et potētiis: et habitib9. Nā ſciētia et poten
cia videtur eadem eſſe contrariorum. Habitus vero contrarius
contrarioruȝ non eſt ceu a ſanitate ſana fiunt non autem contra
ria Dicimus enim ſane incedere: quando quis ita incedit ut faci
unt ſani Sepe ergo cognoſcitur contrarius habitus a contrario
ſepe ipſi habitus a ſubiectis cognoſcūtur Si enim bona habitudo
ſit manifeſta et mala habitudo fit manifeſta et ex his que bonaȝ
habitudineȝ faciunt bona habitudo et ex hac illa que faciūt cog
noſcunt̄. Nam ſi eſt bona habitudo ſpiſſitas carnis neceſſe eſt ut
mala bītudo ſit raritas carnis et efficiēs bonam bītudinē ꝙ facit
ſpiſſitatē in carne Seqt̄ ꝓ ut plurimū. Si alt̄a multipliciter
dicāt̄. ꝛ alt̄a mlt̄iplicit̄ dici ceu ſi iuſtū et iiuſtū. Videt̄ at̄ mlt̄
tiplicit̄ dici de iuſticia ꝛ iiuſtica ſȝ qa ſūt admodū ꝓpinq̄ ipaꝝ
equocationē latē ꝙ nō fit in his q̄ lōge magis ſunt maīfeſta nam
illa plurimum inter ſe differunt ſpecie veluti clauis quod equi
uocum eſt ei q̄ eſt ſub animaliuȝ collum et ei qua hoſtia claudunt̄

Conplectamur ergo quot modis dicatur iniuſtus Videtur in
iuſtus eſſe et qui contra leges facit et qui plus appetit et iniquꝰ
Itaqꝫ patet ꝙ et iuſtus erit qui ſecundum leges facit et qui equꝰ
eſt. Iuſtum igitur eſt quod ſecundum leges ⁊ quod equum. In
iuſtum aūt qđ cōtra leges et quod iniquum Cum uero et plus
appetens iniuſtus ſit circa bona quidem erit non tamen omnia:
ſed circa illa in quibus fortuna. proſpera. vel aduerſa. locum ha
bet Que ſunt quidem ſimpliciter bona. ſemper: veꝝ alicui non
ſemper. Sed homines illa precantur et querunt: at non oportet.
Sed ꝑcari qdē debent ea que ſimplicit̃ bona. ſunt: ſibi quoqꝫ eſſe
bona appetē ꝓo q̄ ipſis ſunt bona Iniuſtꝰ aūt nō ſemꝑ plus ap
petit ſed minus in ſimplicit̃ malis. Sed qa uidet̃ minꝰ malū eſſe
quodāmodo bonum: Ac boni eſt illa cupiditas plus habendi ſit
ut ob hoc videat̃ plꝰ appetens Eſt eiꝫ iniquꝰ hoc enim cōplec
titur: et cōmune eſt Cū uero is qui contra leges facit iniuſtus
ſit. et qui ſecunduꝫ leges iuſtus. Conſtat ꝙ omnia que a legibus
proficiſcuntur quodam modo iuſta ſunt Nam et ea que conſtitu
ta. ſunt auctoritate ferēdaꝝ legum legitima ſunt et quodlibet
horum iuſtum eſſe dicimus Leges autem ꝓuident in omnibus
coniectantes autem comunem omnium utilitatem aut optimorū
aut principium: uel ſecuundum uirtutem uel ſecundum alium
quendam modum talem. Itaqꝫ uno quidem modo iuſta dicimus
ea que pertinent ad faciendaꝫ. conſeruandamqꝫ felicitatem par
teſqꝫ eius in ciuili ſocietate Iubet auteꝫ lex ea. que ſūt uiri for

tes. Vt non deſerere locum in Acie: non fugere non arma abiicē
Et ea q̄ ſunt temperantis. Vt non comittere adulteriuꝫ non fla
gitium facere. Et ea que ſunt manſueti. Vti non pulſare: nō iur
gia exercere. Eodē modo et ſecūduꝫ alias uirtutes: et uicia has
iubēs: illa uetās recta qdē que recta poſita ē. Deterior ꝑo q̄ in
conſulte poſita. Hec itaq; iuſtitia ꝑtus qdem eſt pfecta nō ſim
pliciter: ſꝫ ad alium: et ob hoc multoties excellētiſſima uirtutū
uidetur eſſe iuſtitia. Et neq; heſper9: neq; lucifer ita mirabilis.
Ac ī ꝓuerbio dicimus Omnes ſimul ꝑtutes iuſtitie ineſſe. Et
pfecta maxime uirt9 quoniā pfecte uirtut9 eſt uſ9. Perfecta aūt
eſt: qꝛ eā habens: ad alium quoq; uti poteſt virtute nō ſolū ad ſe
ipſum. Multi eīꝫ in ꝓpriis virtute uti poſſunt: ſed ī his que ad
alium ſunt nō poſſūt. Et propterea uidetur preclaꝝ id Biātis
magiſtrat9 uiruꝫ oſtēdit. Ad aliū eīꝫ: et ī comuni magiſtratus
gerit̄ Propt̄ hec ipꝫ ꝛ alienū bonū uidet̄ eſſe iuſticia ſolū om
niū ꝑtutū: qa ad aliū ē Agit ei illa q̄ alii ꝯferūt uł: ꝓncipi:
uel rei. pu. Deterrim9 igitur ē q ad ſe ipꝫ: et ad amicos utit̄
prauitate. Optim9 ꝑo nō: qui ad ſe ipſum: ſed qui ad aliuꝫ uti
tur virtute. Id eīꝫ opus difficile eſt Hec igitur iuſticia non
pars virtutis. Sed tota: atq; integra virtus eſt. Nec contraria
eius iiuſticia vicii pars ē. Sed tota atq; integra uicioſitas In
quo autem differant tota virtus et iuſticia. hec ex ſupradictis
conſtat. Eſt enim eadem. ſed eſſe non idem. ſed qua ad alteruꝫ
iuſticia qua vero talis habitus ſimpliciter uirtus

ED querimus illam q̄ in pte uirtutis ē iuſticiam. Eſt enī aliqua ut diximus. Eodem modo de iiuſticia pticulari dicendum Quod aūt ſit aliud ſignum eſt: ꝙ q̄ p alia flagitia delinquid iiuriam q̄dem facit: ſꝫ nihilo plus appetit. vt q̄ clipeū abiicit ꝑpter timiditatē aut qui cōuitia dixit p irā aut q̄ nō cōtribuit pecunias ꝑpter auariciā: q̄ ꝺ ꝑfecto p nullū iſtorum ſepe plus appetit conſtat quinymmo nec p oms: ſꝫ p aliquā impbitatem: quam uituperam9 ſecūdū iuſticiam. Eſt igiẗ aliq̄ iiuſticia veluti pars totius et iiuſtum quiddam ī pte totius iiuſti quod contra leges fit. Preterea ſi quidaꝫ lucrandi cauſa mechatur: ⁊ accipit q̄dam vero erogat: et damnuꝫ patitur ꝑpter libidinem. Hic q̄dem intemperās magis uidetur eſſe: q̄ plus appetens. Ille autem iiuſtus q̄dem ſed non intemperans. Patet ergo ꝙ ea de cauſa quia plus habet Inſuper c̄ca alias omnes iiuſticia ſemp fit relatio ad aliquod vitium. Veluti ſi adulterium cōmiſit ad intemperantiam. Si deſeruit locum in acie ad timiditatem. Si pulſauit quē ad iram. Sꝫ ſi plus habeat ad nullū aliud vitium relatio fit: q̄ ad iiuſticiam. Itaqꝫ patet ꝙ preter illam totā alia quedam particularis iiuſticia ē huic ſimonia Nam diffinitio in eodem genere eſt. Vtraqꝫ enim ad aliū potentiā habet Verum hec quidem circa honorem: aut pecunias: aut ſalutem: aut circa hec omnia ſi vno nomine valeremus complecti: et per voluptatem que prouenit ex plus habendo. Alia uero circa omnia

in qbꝰ uir bonus ꝓſatur Quod ſint igiẗ iuſticie plures et ꝙ ē
vna aliqua preter totā uirtutē manifeſtuꝫ eſt que ꝓo et qualis
hec ſit cōprehēdamꝰ Diffinitū eſt id qdeꝫ eſſe iiuſtū quod
contra leges: ⁊ qđ iniquū. Iuſtum ꝓo ꝙ ſecūdum leges: et quod
equū. Illa igitur iiuſticia de qua primo diximꝰ ea fuit: q̄ con
tra leges eſt Sed quoniaꝫ facere cōtra leges et iniquitas nō ē
idē: ſed aliud ut ps ad totū. Nā qđ plus: id oē ꝯ leges qđ aūt ꝯ
leges: id nō omne plus ꝑfecto iiuſtū et iiuſticia nō idem ſūt: ſed
aliud qdē ut pars aliud ꝓo ut totum. Pars eī hec iiuſticia totiꝰ
iiuſticie. Similiterqꝫ iuſticia iuſticie Itaqꝫ de pticulari iuſti
cia pticulariqꝫ iniuſticia dicēdum ē de iuſto ac iniuſto ſimiliter
Illa igiẗ iuſticia que ſecūduꝫ vnieruſam uirtutem ordinata
eſt; et que uſus totiꝰ uirtutis ad aliū exiſtit reliquatur. Similiẗ
et illa iniuſticia que eſt totius vicii uſus. Iuſtuꝫ quoqꝫ ⁊ iiuſtū
ſecundum hanc determinandū eſſe conſtat. Fere autem omnia
iura ab vniuerſa virtute ordinata ſunt. Nam lex precipit vi
uere ſecundum omnem virtutem et vnum quodqꝫ viciuꝫ prohi
bet Effectiua uero vniuerſe virtutis ſūt omnia illa iura que
ad publicam pertinent diſciplinam. Priuata vero ſingulorum
diſciplina per quam ſimpliciter eſt vir bonus. Vtrum pars ciui
lis ſit: an alterius poſtea dicemus. Non eī fortaſſe eſſet omnino
idem bonū eſſe virum et bonuꝫ ciuem Sꝫ pticularis iuſticie
⁊ iuſti illiꝰ qđ ē ſcḋm eā una ſpēs ī diſtributione conſiſtit vel ho
noris uel pecuniaꝝ: uel alioꝝ q̄ talia ſunt ut diuidi poſſit inter

eos qui in ſocietate ciuili verſantur in his fieri poteſt: ut equuz habeat vel iniquum alter alteri Alia ſpẽs in cõmertiis homi num corrigendis exiſtit Cuius due ſunt ptes. Naz cõmertio rum alia ſunt voluntaria: alia inuoluntaria: Voluntaria ceu emp tio: vẽditio mutuum fideiuſſio cõmodatum: depoſitum locatio: et huiuſmodi. dicuntur autem voluntaria quia principium ip ſorum voluntarium eſt. Inuoluntariorum vero alia clamdeſtina ſunt ut furtum: inceſtus veneficum: dolus: fraus doloſa necatio: falſum teſtimonium. Alia uiolenta ut verberatio: nexus: mors: rapine: orbatio: conuitium: contumelia:

Vm vero iniuſtus iniquus ſit et iniuſtum iniquuz: patet aliud eſſe medium iniqui: id eſt autem equum. Quia enĩ in re eſt plus in eadem et minus: et equum. Si ergo iniuſtum eſt iniquum: iuſtum equum: quod et ſine probatione manifeſtum ẽ Cum vero equum ſit medium. Iuſtum quoq; medium quoddam eſſet Eſt autem equum in duobus minimis: ergo et iuſtuz me dium: et equuz ſit neceſſe ẽ ad aliquid ⁊ qbuſdam. Et ſecũdum ꝙ medium aliquoꝝ ẽ: ea ſunt plus et minus ſecũdum ꝙ equum duorum: ſecũdum ꝙ iuſtũ qduſdam. Neceſſe ẽ ergo iuſtum eſſe in quatuor minimis Nã et qbus iuſtum exiſtit ſũt duo ⁊ ĩ qbus res due Ac eadem equitas quibus et in quibus. Vt enim illa ſe habent in quibus ita et illa. Si enim non equi non equa habe bunt. Verum huic pugne incuſationeſq; oriuntur Cum equi

non equa: uel nõ equi equa habent: et tribuunt Ex dignitate quoq; id apparet. Iuſtum eñ illud qđ ĩ tribuẽdo cõſiſtit ſecundum dignitatem quãdam eſſe oportere omnes fatẽtur. Ipſã ꝓo dignitatẽ nõ eãdem omnes aiũt eſſe. Sed populares qdem libertatem. potẽtes ꝓo opulẽtiam: aut genus optimates autẽ virtutem dicũt Iuſtum ergo ꝓportionẽ quãdam habet. Proportionem ꝓo haber̃: nõ ſolũ vnicĩ numeri propriũ ẽ: ſ; toti9 numeri Eſt eñ ꝓportio equitas rationis ĩ quatuor minimis diſcreta igitur ꝙ ĩ quatuor cõſiſtat manifeſtum ẽ. Quinetiã et continua Nam uno ut duobus vtĩt et bis dicit: ceu q̃admodum. a. ad. b. ac. b. ad. c. bis ergo dicĩt. b. Si ergo bis ponat̃. b. quatuor erunt in ꝓportione Eſt aũt et iuſtum ĩ quatuor minimis: ac ratio eadem. Diuiditur eñ ſimiliter: in qb9 et que. Erit ergo q̃admodũ a. ad. b. ita. c. ad. d. et ꝓmiſcue. Ergo vt. a. ad. c. ita. b. ad. d. Quare totũ ad totũ ut diſtributio duplicatur. Quod ſi ita ponas iuſte ꝯduplicatur. Cõiugatio igĩt. a. c. ⁊. b. d. iuſtũ illud ẽ qđ in diſtribuẽdo cõſiſtit. Et medium qdem hoc eſt circa id qđ ꝓportionem habet. Nam habens ꝓportionem mediũ eſt iuſtũ autem proportionem habet Hanc proportionem mathematici geometricam uocant. Na; in geometria contingit totum ad totum quod alterutrum ad alterutrũ Eſt autem nõ cõtinua hec ꝓportio. Non eſt eni; vnus numero terminus cui et quod. Hoc ergo iuſtum ꝓportionem habet Iniuſtum ꝓo ꝓportione caret fit igitur aliud plus aliud min9. Quod et ĩ rebus accidit. Nam

qui iniuriam facit plus habet qui vero patitur minus et hoc in bono. In malo autem contra. Naꝫ et in ratione boni uenit min9 malum ad maius malum. Eſt enim eligendum magis minus malum: q̄ maius malum. Quod autem eligendum id bonum et magis maius. Vna igitur iuſti ſpēs talis eſt

ESTAT alia que in corrigendo cōſiſtit ea fit in cōmertiis tam uolūtariis q̄ iuoluntariis Quod eſt alteri9 ſpeciei iuſtum q̄ ſupius Nā iuſtū illud qđ ī diſtribuēdo cōſiſtit pu. rerum ē et ſemper iuxta ꝓportionem iam dictam Eteniꝫ ſi ex publico pecunie ſint diſtribuende earum diſtributio p̄ eandem fiet rationem: ſecunduꝫ quam in publicum contributio fit Et iniuſtuꝫ quod huic iuſto opponitur abſq̄ ꝓportione ē At illud iuſtum qđ in cōmertiis conſiſtit equū quiddā eſt: et iīuſtū iniquum. Sed non ſecundum eam proportionem: ſed ſecundum ariſmeticam Nihil enim refert vtrum bonus a malo abſtulerit: an malus a bono. Neq̄ vtrum bonus adulterium commiſerit: an malus. Sed ad differentiam damni lex reſpicit ſolum: et vt equis vtitur: ſi hic iniuriam facit: ille paſſus eſt. Si hic damnum dedit ille paſſ9. Itaq̄ iniuſtum hoc iniquum exiſtens equare conatur lex Nam quando hic quidem percutit ille vero percutitur. Vel hic occidit ille occiditur. Paſſio et actio ſeorſūꝫ inique ſunt. Sed conatur eos per cōdemnationem equare lucrū auferendo Dicitur enim et in huiuſmodi rebus lucrum: licet

quibuſdam ĩproprium uideatur. Puta illi q̃ pcuſſit et damnuꝫ illi q̃ pcuſſus eſt. Sed quãdo eſtimatur paſſio uocatur illud q̃dẽ damnũ hoc aũt lucrum Ita inter plus et min9: equũ eſt medium: lucrum aũt et damnũ cõtra. Alterum plus eſt alterꝫ min9: Boni q̃dem plus eſt: lucrum mali autem min9 dãnum ꝓo contra eſt. Inter hec mediũ eſt equũ q̃d iuſtum eſſe dicebamus. Quãobrem iuſtum illud q̃d in corrigẽdo cõſiſtit mediũ eſt ĩter damnũ et lucrum Ex quo fit ut quotiẽs controũſia exiſtit ad iudiceꝫ eatur. Ire aũt ad iudicem ideſt ire ad ius. Nam iudex q̃dẽ eſſe debet ueluti animatũ ius: et querũt iudiceꝫ mediũ. Et vocant q̃daꝫ mediatorem quaſi iuſtũ aſſecuturi: ſi mediuꝫ aſſequant̃. Medium igitur quiddaꝫ iuſtum eſt: ſi q̃dem et iudex medius. Iudex vero ad equalitatem redigit Atq; ut linea ĩequaliter diuiſa cui maior pars q̃ dimidia adeſt ei: aufert et minorem habenti tradit: et quando totum in duas partes diuiditur tunc ſuum habere aiunt: cum quiſq; equam partem accipit. Equum autem medium eſt inter plus: et minus ſecundum arismeticam ꝓportionem Propterea nominatur iuſtum q̃ tam hinc q̃ inde vtriq; iuſta aſſiſtat Si eim duorũ equalium ab altero auferatur: alteri vero addatur: duobus excidit alium. Nam ſi auferatur quidem nec addatur vno dumtaxat excedit. A medio igit̃ vno. a. c. medium uno. Per hoc igitur dinoſcimus: et quid auferendum ſit ab eo qui plus habet et quid addendum ſit ei qui minus habet. Quo enim excedit: id auferendum eſt ei qui plus

habet Equales in quib9.a.a.b.b.g.g.ad inuicem ab.a.a.de matur.ae.et adiūgatur.g.g.Id quod eſt in .gd.Ita totū.d.g. g.excedit.e.a.i.g.d.g.ʒ.Ergo.b.b.eo ꝙ eſt.g.d. Eſt et in aliis artib9 hoc.Nam iterirent utiqȝ niſi ageret agens et quātū et quale ac patiēs pateretur hoc et tantuȝ et tale Tracta ſunt aūt damni et lucri nomina ex uolūtariis cōtractib9. Nā habere pluſq̄ ſuū:lucrari dicitur:Minus aūt q̄ ab inicio damnari ceu ī emptione:et uenditione:ac in aliis qbuſcunqȝ licentiam lex per miſit.Quando autem nec plus nec minus ſed ipſa per ſe ipſa fi unt ſua ſe habere dicunt:et nec lucrari:nec damnū pati Itaqȝ lucri cuiuſdam:ac damni medium eſt iuſtum.Preter voluntari um equum habendo et prius et poſterius

ED videtur aliquibus repaſſum quiddam ſimpliciter eſſe iuſtum:vt Pithagorici dixerunt.Diffiniebant eīȝ ſimpliciter iuſtum eſſe:id quod repaſſum fit alteri Verū hoc non congruit neqȝ ei iuſto:quod eſt ſecundum leges:neqȝ ciuili voco autem ciuile id quod eſt ſociabile.Repaſſuȝ nō congruit neqȝ iuſto quod in diſtribuendo cōſiſtit Neqȝ id quod ad cor rigēdum pertinet.Atqui volunt quidem hoc dicere ⁊ Rhoda mantis iuſtū.Si patitur que facit:rectum ē iudicium Multi fariam eī diſcordat.Ceu ſi ī magiſtratu cōſtitut9 pcuſſerit:rep cuti nō licet.At ſi magiſtratū quis pcuſſerit:nō ſolū repcuſſiē dus ipe ē:verū etiā ſupplitio afficiēd9 Inuolūtariū etiam:et

voluntarium multum differũt Sꝫ in comunib9 ſocietatib9 cõ
mertiorũ huiuſmodi iuſtũ cõtinet id qḋ repartit̃ ſecũdum ꝓpor
tionem et nõ ſecũdum equalitatẽ Nam ĩ repẽdendo ſecũdũ
ꝓportioneꝫ cõſiſtit ciuitas. Aut eĩꝫ qḋ male eſt querũt:et ſuit9
videtur eſſe:niſi rependerit. Aut qḋ bene:et ſi non retributio
tollitur. At retributione cõſiſtunt. Itaq꞉ gratiarũ ſacrũ ĩ prom
tu faciũt:ut retributio ſit. Hoc eĩꝫ gratiarum eſt ꝓpriũ:remu
nerandus eſt enĩ q numus cõtulit. At ruſus ipe ĩcipere debet q
ſuſcipit Facit autem retributionem ſecũduꝫ ꝓportioneꝫ per
diametrum ꝯiunctio. Veluti faber in quo. a. ſutor:in quo. b. do
mus ĩ quo. c. calſe9 in quo. d. Oportet ergo accipere fabruꝫ a ſu
tore ex illi9 opere:et ipſuꝫ ſibi tradere de ſuo. Si ergo premiuꝫ
ſit equum ſecundum ꝓportionem poſtea repaſſio fiat:erit quod
dicitur. Alias vero nec equuꝫ eſt:neq꞉ conſiſtit. Nihil eniꝫ ue
tat melius eſſe unius opus q̃ alterius. Oportet igitur illa equa
ri Eſt autem hoc et in aliis artibus. Nam ĩterirent vtiq꞉:niſi
faceret faciens q̃tum:et quale:ac patiens pateretur hoc:ꝛ tm̃ et
tale. Nõ eĩꝫ ex duob9 medicis fit ſocietas:ſed ex medico et agri
cola et oĩno aliis:et ĩeq̃lib9. Veꝝ hec eq̃da ſunt Quãobrẽ oĩa
quoꝝ ẽ ꝑmutatio talia eſſe ꝯuenit:vt quodãmõ ꝯferri ualeant.
Atq꞉ ob id num9 in uſum uenit et q̃ſi mediũ fact9 eſt. nã cũcta
metitur. Quare defectũ:et exceſſũ Quã multi eĩm calcei ade
q̃nt domũ uł uictũ. opꝫt igit̃ quot q̃dẽ faber ad ſutorẽ:totidẽ
calceos eẽ ad domũ uł uictũ. alit̃ nõ erit ꝑmutatio neq꞉ ſocietas

Hec igitur niſi equalia quodã modo ſũt nõ erũt Oportet ergo uno aliquo cuncta metiri ut ſupra diximꝰ hoc eſt ſecundum veritatem indigentiã que omnia cõtinet. Naꝫ ſi nullo indigerent: uel nõ ſimiliter: uel nõ erit ꝑmutatio uel nõ eadeꝫ. Sed uel uti ſubſidium commutandaruꝫ rerum numus cõpoſitus eſt. Et ob hoc numꝰ uocatᷣ ꝙ nõ a natura: ſꝫ a lege que nomos dicitᷣ eſt inductus Erit igitur repaſſio cum equatio fiet. Quamobreꝫ quod agricola ad ſutoreꝫ id opus ſutoris ad agricole opus. Nec referendum eſt ad proportionis normam cum permutabuntur Alioquin utrumqꝫ exceſſum habebit alterum extremum. Sed quando ſic habent ipſi ſua equales ſunt et comunicãt. Quod huiuſmodi equalitas in ipſis fieri poſſit Agricola. a. alimẽta. c. ſutor. b. opus eius quod equatur. d. Si ita reprehenſio fieri non poſſet: non foret ſocietas. Quod aũt indigentia ſit id vnũ quod continet deprehenditur: quia ſi non indigeant ad inuicẽ: vel ambo: vel alter non fit permutatio. Quod admodum quando eius quod ipſe debet quis indiget. Veluti ſi vino indigeant: et triticum exportandum tradant. Opus igitur hoc adequari

Pro futura vero permutatione facienda cum opus fuerit. ſi nunc nihilo indiget: numus quaſi expromiſſor quidam nobis eſt. Oportet enim qui hunc affert accipere poſſe: id quo egeat patitur certe hoc idẽ nõ eiꝫ ſemꝑ equũ ualet. Verum tamẽ vult manere magis Quamobrẽ oportet omnibꝰ rebus preciũ eſſe. Nã ſic ꝑmutatio erit ſẽp. Si aũt hec erit: ⁊ ſocietas erit. Numꝰ

ergo tāq̄ menſuras adequat · Neq̄ ei ſine pmutatione ſocietas eſſet · neq̄ pmutatio ſine adequatione neq̄ adequatio ſine mēſu ra  Re igitur uera impoſſibile eſt adeo int̄ ſe diuerſa ꝯuenire Verum ꝓ īdigentia vnum q̄ddam eſſe cōuenit: et hoc ex īiuſto. Itaq̄ numus uocatur hoc enim omnibus mēſuraꝫ adhibet · Naꝫ omnia metitur numus  Domus · a · m · ne decem · b · lectica · c · Igitur · a · dimidium · b · ſi quandoq̄ mnas ualet domus uel equa les lectica uero ſit decima pars · c · huius qđ eſt · b · Patet ergo ꝙ lectice domū adequāt quoniā quīq̄ · Quod igit̄ p hunc modum erat pmutatio anteq̄ numus eſſet manifeſtū ē. Refert aūt nihil utrū lectice quīq̄  Quid ergo iuſtū ſit q̄ īiuſtū diximꝰ  His ꝓo determinatis manifeſtum ē ꝙ iuſte degere: mediū ē īter faci endū: et patiendū īiuriaꝫ · Naꝫ alteruꝫ eſt plꝰ habere: alterum minus: Iuſticia ꝓo mediocitas ē nō eodem modo ut ī ſupioribus ꝓtutibꝰ · ſꝫ ꝙ ipa medii ē · Iniuſticia aūt extremorū  Et iuſti cia q̄dem ē p quā iuſtus dicitur · Iuſti opator ſecūdū electioneꝫ attributor ſibi ad alium et alii ad aliū · Nō ſic ut cōmodi q̄dem plus ſibi minus ꝓximo · Incōmodi vero contra: Sꝫ equū ſecūdū ꝓportionē · Eodēq̄ modo alii ad aliū  Iniuſticia uero cōtra ē · Nāq̄ hec exceſſꝰ et defectꝰ: cōmodi et īcōmodi abſq̄ ꝓportione Ob id ꝓo exceſſꝰ et defectꝰ ē īiuſticia: q̄a ē eius qđ ē exceſſus et defectꝰ · Quod ad ſe q̄dē exceſſꝰ utilitatꝫ ſimpliciter: ⁊ defectꝰ damni · Quod ꝓo ad alios ī ſūma eodē modo: ſꝫ p̄t̄ ꝓportionē ut cōtigit  Iniurie ꝓo id qđ ē minꝰ pati qđ aūt plus facere ē īiu

riam De iuſticia igitur: et iniuſticia qualis eſt utriuſq natura dictum ſit hactenus: et ſimiliter de iuſto et iniuſto vniuerſali

VM autem fieri poſſit: ut quis iniuriaꝫ faciat et non dū ſit iniuſtus ob quas iniurias quis faciens iniuſtus iam eſt ſecundum vnam quāq iuſticiam ceu fur aut mechus: aut latro: uel ſic quidem nihil differt Naꝫ ſi coeat quis cū muliere: ſciens cū qua: ſed non per electionis principium: ſed propter animi ꝑ turbationem iniuriam quideꝫ facit: ſed non eſt iniuſtus. Quem admoduꝫ nec fur tamen furatus eſt. Nec mechus tamen mecha tus eſt. Eodemq modo in aliis Quemadmodum igitur ſe habet id quod repetitur ad iuſtum dictum eſt pri9 Nec late re oportet ꝙ id qđ querit̄ eſt queq ſimpliciter iuſtuꝫ: et ciuile iuſtum Hoc eſt ſociabile ad vitam ut ſufficiens ſit ad liber tatē et equalitatē vel ſecundum ꝓportionē uel ſecūdū numerum

Itaq quibuſcunq nō eſt hoc eiſdē nō ē ad inuicē ciuile iuſtū ſed aliquid iuſtū ꝑ ſimilitudinem Eſt enim iuſtuꝫ quibus et lex ad ipſos. Lex aūt in quibus iniuſticia iudiciuꝫ eſt iudicatio iuſti et in quibus autem iuſticia eſt in eiſdem et iniuria. Sed in quibus iniuria non in omnibus iniuſticia hoc eſt plus ſibi tri buere ex ſimpliciter bonis minus autem ex ſimpliciter malis

Quapropter nō ſinimus dominari hominem ſed rationem: quia ſibi hec agit: et tyrannus efficitur. Eſt enim magiſtratus cuſtos iuſti ꝙ ſi iuſti: ⁊ equi Cū ꝓo ſi quis iuſt9 ſit nihilo pl9

videatur habiturus nō eī3 plus tribuit ſibi ex ſimpliciter bon
niſi ad ipſu3 ꝓportione ſuata. Ex quo fit ut alteri laboret:atꝗ̄
ob id ailenum bonū dicunt eſſe iuſticiam ut ſupra dixi9 Ideo
merces quedam retribuēda eſt honor.ſ.et gloria. Quibus aute3
hec nō ſufficiūt:hi ſūt tyrāni. Dominicū ꝓo ac paternū ius nō
idem his eſt ſ3 ſimile. Non eī3 eſt iniuſticia ad ſua ipſi9 ſimpli
citer. Nam filii ac cetera que in poteſtate ſunt q̄ diu ſeperata
non fuerint:tanq̄ illius partes ſunt. At ipſi nemo noſcere vult
Quapropter nec iniuſticia eſt ad ſe ipſum Non ergo iuſtum
nec iniuſtum ciuile. Nam ſecūdu3 leges id erat et eſt in his quo
rum ea natura eſt:ut lex in illis eſſe poſſit. Tales uero erant hi
in q̄bus equalitas erat imperandi atꝗ̄ parendi Itaꝗ̄ magis
ad uxorem id ius eſt q̄ ad filios:et cetera que ſūt in poteſtate:
hoc enim eſt economicum ius:et quidem alienum a ciuili iure

Vs alterum naturale: alterum legitimum Naturale ꝗ̄
vbiꝗ̄ eandem habet uim. Non quia ſic uideatur:uel non
Legitimum qđ nihil ab inicio referebat hoc uel illo modo eſſet
ſed poſtq̄ lata eſt lex refert:Veluti ut redemptiones captiuorū
certo precio fiant utꝗ̄ capra immoletur:non due oues Et que
de ſingulis cauta legibus ſūt ut ſacra facere Braſide.et decreta
publica Videt̄ aūt q̄buſdā cūcta eſſe euiuſmodi Nā qđ natu
le eſt id imutabile eſt et ubicunꝗ̄ eandē hz̄ poteſtatem ut ignis
hic et in perſis vrit. Iura vero mutari videtur Hoc aūt non

eſt ita ſe habēs ſꝫ ſic. Enim ꝓo apud deos ꝗdeꝫ forſan nō ita ſe habet apud nos certe aliqd eſt naturale mutabile. Non omne q dem ſꝫ tamē eſt aliud natura aliud nō natura Quale aūt na tura ſe aliter habere poteſt et quale non: ſed lege ac ꝑoſitione ſi ꝗdē. Vterqꝫ mutabilia ſimiliter Manifeſtum ē ī aliis quoqꝫ eadem eſt determinatio. Natura enī dextra melior eſt fieri ta men poteſt ut omnes amphidextri ſint Iura ꝓo ſecundum po ſitionem uel utilitatē ſimilia ſūt mēſuris. Non enim omnibus ī locis equales ſūt uini triticiqꝫ menſure ſꝫ ubi emūt maiores ubi vēdunt minores. Eodē modo iura que nō ſūt naturalia: ſed hu mana: nō eadem ſūt ubiqꝫ. Nam neqꝫ res. pu. ſed vna dūtaxat ubiqꝫ ſecūdum naturā optima Singula ꝓo eorum que iure: ꝛ lege ꝑuidētur ita ſe habēt ut vniūſalia ad ſingularia. Nā ea q̄ agūtur multa ſūt: et q̄dqꝫ ipſoꝝ vnū uniūſale nāqꝫ Differūt autem īiuſtū et īiuria. Item iuſtū et ius. īiuſtum eſt enī natura uel ordinatione. Hoc aūt ipſuꝫ poſt q̄ factum ē īiuria eſt. Ante ꝓo q̄ fiat nō ē īiuria ſꝫ īiuſtuꝫ Eodē modo ius. Sed comuniꝰ dicit̄ iuſti degētia. Eſt aūt ius īiurie correctio. In ſingulis ꝓo ipſorū que ſpēs et quot et c̄ca que ſint poſtea cōſiderādum erit

VM aūt ſint iuſta et īiuſta que ſup̄ diximus ius et īiuriā fac̄ cum ſciēs quis ea facit. Quod ſi īuitus quis ea faciat: neqꝫ īiuria eſt neqꝫ ius niſi ꝑ accidēs. Quibus eī accidit iuſtis ꝛ uel iniuſtis eſſe agētibus. Ius aūt et īiuria determinant̄ ſecūdū

volũtariũ et ĩuolũtarium. Cum enĩʒ uolẽs quis facit uituperat et ĩiuria eſt. Itaqꝫ ĩiuſtũ erit quoddã. At nondũ ĩiuria niſi hoc addito ut volẽs quis faciat Dico aũt uolũtariũ ut prius dcm eſt quãdo quis ĩ poteſtate ſua exiſtens: ſciẽs: et nõ ignorãs: neqꝫ quẽ neqꝫ quo. Vtuti ſi nõ ignoret quẽ pulſet nec quo: nec cui9 gr̃a et eorũ ſingula faciat non ꝑ accidẽs: nec ꝑ vim coactus. Nam ſi manum alteri9 capiẽs aliquis alium pulſet nõ uolẽs facit is cui9 eſt manus nec in ſua ẽ poteſtate Fieri aũt poſt ut pater ſit q pulſatur illũ ꝓo qui pulſet ĩtelligere hũc eſſe hominẽ quendam ſed ꝙ pater ſit ignorare. Eodeʒ modo dicẽdũ eſt ĩ his q̃ alicui9 gratia fiũt et circa rem totã. Siue aũt ignoret quis: ſiue nõ ignoret: cũ ĩ ſua poteſtate nõ eſt. Vel ꝑ uiolẽtiam facit ĩuoluntarium eſt Multa enim ex his quoqꝫ que natura exiſtunt ſciẽtes agimus et patimur quorum nullum neqꝫ uoluntarium neqꝫ ĩuolũtarium eſt ceu ſeneſcere uel mori Simile eſt de iuſtis et iniuſtis ꝑ accidẽs. Nam ſi depoſitũ quis ĩuitus: et ꝑ metũ reddat neqꝫ operari neqꝫ facere iuſta fatẽdũ eſt niſi ꝑ accidẽs. Eodem modo ſi coactus et ĩuitus depoſitum nõ reddiderit ꝑ accidẽs dicẽdum eſt ĩiuſta facere Eoruʒ ꝓo q̃ uolẽtes facim9 alia cũ electione: alia ſine electione: cũ electione facim9 cũ deliberatio antecedit. Sine electione cũʒ non anteceſſit deliberatio Quoniaʒ uero tripliciter vocetur in comuni ſocietate per ignorantiaʒ peccata ſunt quãdo nec quẽ nec quot: nec quo: nec cuius gr̃a intelligebat hoc agit. Naʒ ut non pulſare: aut nõ illũ aut non illo: aut non cuius

gratia putabat. Veluti ſi nõ ut vulneraret: ſʒ vt pũgeret: uẽ nõ quem: vel nõ ut quãdo ĩgit̃ preter propoſitũ nocetur ĩfortuniũ ẽ. Quando aũt nõ pret̃ propoſitũ ſed ſine malitia error. Errat eĩʒ tũ cum ĩ ipo ẽ pricipiũ cauſe. At ũſa ꝓ fortuna utitur cum extra Sʒ quãdo ſciẽs qdem. ſʒ nõ deliberatione p̃miſſa facit iniuria ẽ cui9 generis ſũt omĩa quecũꝙ p iram aut ceteras ꝑtur bationes animi cõmittũtur: et quecũꝙ neceſſaria vel naturalia hominibus accidũt. Hec eĩʒ committentes peccãteſꝙ ĩiuriãtur qdem et ĩiurie ſũt nõdum tamẽ propterea illi ĩiuſti: neꝙ mali Non eĩ ob imꝓbitatẽ cõmiſerũt Sʒ qĩ cum electione ĩiuſtus et imꝓbus Quamborẽ recte illa que p irã fiũt nõ per ĩde ha bentur q̃ſi ex ꝓuidẽtia ſint facta Non eĩʒ ĩcipit q p iraʒ fa cit: ſʒ q ꝓuocauit Inſup nõ de facto vtrum ſit: uel nõ ſit diſ ceptatur ſed de iure. Apparẽte enim ĩiuſticia exiſtit ira. Naʒ nõ ut in cõmertiis de faciendo diſceptãt quoꝝ alteruʒ neceſſe eſt eſſe ĩꝓbum niſi per obliuionem hoc agant. Sed cõuenientes de re de iure diſceptant. Sed qui inſidiatur non ignorat. Itaꝙ ille quidem putat ĩiuriã accipere. Ille vero nõ Qui nocuerit ĩiuriã facit. Et has ĩiurias faciẽdo ĩiuſt9 ſi ex electione ẽ quãdo ꝑter ꝓportionẽ ſit. uel pret̃ equitatẽ. Eodẽ modo iuſt9 quãdo eligẽs iuſta facit. facit aũt iuſta: ſi modo uolẽs facit Inuolun tariorũ aũt alia ſũt in qbus uenia locũ habet alia ĩ qbus nõ ha bet. Nam quodcunꝙ non ignorantes ſolum: verum: etiam per ignorãtiam delinquũtur ignoſcenda ſunt. Quodcũꝙ vero non

ꝑ ignorantiaꝫ ſꝫ ignorantes ꝗdem. Verum ꝓpter perturbationē animi non naturalem neqꝫ humanam non ignoſcenda

AMBIGET ꝓo qſpiam an ſufficienter determinatuꝫ ſit circa faciendum patiendumqꝫ iniurias Primum ꝗdeꝫ ſi eſt ut Euripedes inqͭ. quomodo ipſe matreꝫ occidi meaꝫ breuis eſt ſermo nolens uolentem aut uolentem uolens. Vtrum ne reꝓa fieri poſſit ut uolenti iniuria fieri poſſit ut uolenti iniuria fiat uel non. Sed oē tale ſit inuitum ut facere iniuriam uoluntarium eſt Et an omne ſic eſt uel hoc uoluntarium illud inuoluntariū Eodem modo et cum qs iuſta patitur Naꝫ in agendo iuſta ſē per uoluntarium eſt. Quare conueniens eſt oppoſitum ſimiliter eſſe et iuſte ab alio corrigi aut uoluntariuꝫ aut inuoluntariū eſſe

Abſurdum fortaſſe uidebiť. Et dum iuſte corrigiť quaſi totū eſſe uoluntariuꝫ. nam ꝗdaꝫ non ſponte corrigūť Nam de illo quoqꝫ qs ambigat. Vtrum omnis ꝗ patiť iniuſta ei iniuria fiat.

Vel in patiendo idem ſit quod in agendo. Ac fieri poteſt ut utriqꝫ ꝑticipes ſint iuſtoꝝ ſcdꝫ accidēs. Siľ iť uidelicꝫ et ī iuſtis. nō. n. idē ē īiuſta agere ⁊ īiuriari neqꝫ īiuſta pati ⁊ īiurā accipe. eodē modo ⁊ ī agēdo iuſta ⁊ patiēdo. īpoſſibľe ē eiꝫ accipe īiuri aꝫ nullo īferēte aut iuſte corrigi nō iuſte agēte Q ſi īiuriā facē ē ſimpliciť aliqꝫ uolētē ledeř ⁊ uolēteꝫ aut ſciēte ꝗꝫ ⁊ quo ⁊ quo modo Incōtinēs ꝓo ſe ipꝫ uolēs ledit. uolēti īiuria fit ⁊ ſibi ipi

quis iniuriari poteſt. Preterea uolens qs ab alio p̱ intempanciaꝫ leditᷣ quod ſi eſt ita uolenti iniuria fit Vel nõ recta diffinitio eſt. Sed addendum eſt ꝙ ledat ſciens quem et quo et quomodo p̄ter illi9 uoluntatem. leditᷣ qdem igitᷣ qs uolens et iniuſta patitᷣ Veruntamen nulli uolenti iniuria fit Nullus enim uult ne incontinens qdem ſꝫ preter uoluntateꝫ id agit. Nullus enim uult id quod non putat ēē frugi. Incontinens aūt qđ non putat agendū id agit Sꝫ q ſua donat ut Homer9 ſcribit de glauco dediſſe eum Diomedi arma aurea p̱ ferreis centeni precii pro nouem Huic iniuria non fit Nam in ip̄o donare ſed ut fiat ſibi iniuria in ip̄o non eſt ſꝫ oportet eſſe q inferat Accipe igitᷣ iniuriā qđ non uoluntarium eſt patet Reſtat inſup̱ ut de duob9 prius aſſumptis dicamus. Vtrum iniuriatᷣ q plus tribuit p̄ter dignitatē an q plus accipit Et utrum ſibi ip̄i qs ualeat iniuriari Si enim recipitᷣ pri9 dictum q tribuit iniuriatᷣ non q plus habet ſꝫ ſi qs alii plus tribuit q̄ ſibi ſciens et uolens hic ſibi ip̄i iniuriatur quod qdem uidetᷣ boni et equi uiri facere Nam bon9 et equ9 uir in diminutione eſt Vel non hoc ſimplicitᷣ. Nam alteri9 boni ſi contingat pl9 appetetᷣ ut glīe uł ſimplicitᷣ honeſti Preterea ſoluitᷣ p̱ diffinitionē iniuriandi. nihil eīꝫ p̄ṫ ſuam patitᷣ uolūtatem. itaq̄ꝫ p̱ hoc qdē iniuria ei non fit ſꝫ leditᷣ ſi qdē ſolū Manifeſtum ē aūt et ꝙ tribuēs iniuriatᷣ ſemp̱ ac non is q plus habet Non enim quo iniuſtum eſt iniuriam facit ſed quo ſciens hoc agit hoc aūt unde principium actus quod eſt in tribuente non

in accipiente Preterea ſi facere pluribꝯ modis dr̄ et eſt ut ina nimata occidere et manꝯ et ſeruꝯ iubentis non iniuriāt̄ q̄dem fa cit tñ iniuſta Adhuc ſi ignorans iudicauit nō iniuriat̄ ſcd̄ʒ iꝯ illud quod eſt ex legibꝯ nec iniuſtū iudiciū eſt ſed eſt ut iniuſtū Aliud eſt eiʒ iuſtum quod ex legibꝯ eſt et primum. ꝙ ſi ſciens iu dicauit iniuſte plus ipe quoq; appetit uel gracie uel uindicte. ut igit̄ ſi q̄s ꝑticeps iniurie foret et hic preterea iudicās iniuſte plꝯ habet. nam et qui agrum alii adiudicauit et ſi non agrum ipe at argentum ſuſcepit Putant homines eſſe in ipis utrum iniurie tur atq; ob id facile iuſtuʒ eē quod certe non eſt ita. Nam coire cum uxore uicium et pulſare ꝓximum ac manu tradere argentū ꝑfacile eſt et in ipis. Verum ſic ſe habentes hoc agere neq; facile eſt neq; in ipis Eodem modo cognoſcere iuſta et iniuſta nullā ſapienciam putant. qm̄ de quibꝯ rebꝯ leges loquunt̄ eas res non difficile eſt intelligere. at non ſunt hec illa iuſta niſi ꝑ accidens ſʒ cū c̄to fiūt modo et c̄to modo tribuūt̄ tūc iſta ſūt. Eniʒ ꝓ hoc maiꝯ negociū ē q̄ ſcire illa q̄ ꝑtinent ad ſanitatem. nam et ibi q̄ dem mel et uinū et elleborū et aduſtionem et ſecationē ſcire per facile eſt ſʒ quemadmodum ad ſanitatem tribuenda ſunt et cui et quando tanta eſt difficultas quanta eſt medicum eſſe Prop ter hoc ipſum iuſti quoq; nihilominus eſſe putant iniuriari. q̄a non minus ſʒ magis poteſt quodlibet hoꝶ iuſtꝯ facere nam et co ire cum muliere et pulſare et fortis clipeum relinquere et inutrā uis ꝑteʒ currere ſed timidū eſſe et iniuriari nō eſt hoc facere niſi

ſcōm accidens ſꝫ ſic ſe habentem hec facere eſt. Queadmoduꝫ ⁊ mederi et ſanare non eſt incidere uel non incidere aut farmacum dare uel nō dare ſꝫ iſto modo Sūt eniꝫ iuſta in his q̄ pticipia ſūt ſimplicit̄ bonoꝝ habent uo in his exceſſum et defectū. qbuſ dam eiꝫ nullus ē exceſſus eoꝝ ut fortaſſe diis. qbuſdam uo nulla ps utilitatis ut in ſanabilib9 et ī pbis ſꝫ omnia nocēt. quibuſdā vero aliquatenus propterea humanum eſt

ONSEQuens uo fuerit dicere de bono et equo queadmo dū bonitas et equitas ſe habet ad iuſticiaꝫ ac bonū ⁊ equū ad iuſtum Non enim ut idem ſimpliciter nec ut aliud genere ſi conſideretur apparet et interdum quidem laudam9 bonum et equum et huiuſmodi hominē Itaq̧ ſup alia quaſi maioris cōmen dationis loco adiungim9 magis ex equo et bono Interduꝫ uo rationem ſequentib9 abſurdum uidet̄ ſi bonum et equum preter iuſtum ſit aliqd quod laudari mereat̄ Nam aut iuſtū eximia ſs non eſt aut bonum et equum non iuſtum ſed aliud aut utraq̧ ex imia et idem ſint Dubium igitur circa bonum et equum fere ob iſta otingit Habēt uo ſe quodāmodo cūcta recte et nihil ſub contrariat̄ ſibi. Nā et bonuꝫ et equuꝫ alicui9 iuſti exn̄s meli9 ē et nō ut aliud qδdā gen9 meli9 q̄ iuſtū. Idem eſt ergo iuſtū ac bo nū ⁊ equū Facit at̄ dubitationē qa bonū ⁊ equū ē iuſtū qdeꝫ At uo non id iuſtuꝫ qδ eſt ſcōm legē ſꝫ qδ eſt ſcōm emendatio nem legis Cauſa uo hui9 eſt qa omnis lex uniuerſalis ē ac de

qbuſdam uniuerſalit̄ dici recte non poteſt In qb9 igit̄ neceſſe ē ut lex uniuerſalit̄ dicat nec recte pōt; lex id complectit̄ qd̄ plurimum ē non ignorās defectū Et ē nihilomin9 recta. nam peccatum non ē in lege nec in legis latore ſʒ in nat̄a ipi9 rei. nam rerū ipaꝝ ꝓtin9 nat̄a t̄lis ē Quando igit̄ lex uniūſalit̄ loqt̄ ⁊ accidit qd ꝓꝑt̄ uniuerſale tūc rectū eſt ut qua omiſſt legis lator et deficit in ſimplicit̄ loqndo emendet ut omiſſū qd̄ et legis lator ipe ſi adeſſet utiqꝫ diceret. licet iam legem tulerit Quāobreʒ iuſtū eſt ac meli9 aliquo iuſto nō qd̄ eſt ſimplicit̄ ſʒ eo ꝙ ꝓꝑt̄ ſimplicitatem peccat Hec eſt nat̄a boni et eq̄ emendatio. ſ. legis qua omiſſum erat ꝓꝑt̄ uniuerſale. hec eniʒ cauſa eſt ne om̄ia ſint ſcd̄m leges qa talia q̄daʒ ſūt ut de ipis lex ferri non poſſit Itaqꝫ decreto op9 ē. nam ut diffiniti indefinita eſt regl̄a. q̄admodum ē leſbie edificationis plūbea regl̄a nā ad formā lapidis t̄nſmutat̄ et nō manet regl̄a ⁊ decretū ad res. qd ſit ergo bonū et equū et qd iuſtū et qd̄ iuſto meli9 manifeſtū ē Ex quo etiā patet qs ſit bon9 et equ9 uir boꝝ uideliċ elector et actor q nō exacte amplectat̄ i9 in peiorem ꝑteʒ. ſʒ de ſuis cōmodis detrahi patiat̄ et ſi lege ſe tueri poſſit Et habit9 iſte bonitas et equitas dicitur nec aliud eſt q̄ iuſticia quedam

TRVM autem ſibi ipſi iniuriam quis facere poſſit ex ſupra dictis patet Ham ius totum alia ſunt ſecundum omnem uirtutem a lege ordinata ∴ Veluti non iubet ſe

ip̄ʒ occidere lex quod aūt non iubet uetat Preterea qn̄ contra leges ledit non leſus uolens iniuriam facit. Quod ſi uolens ſciens quem et quomodo. qui ꝓo per iram ſe occidit uolens id agit con tra rectam legem quod non pmittit lex. iniuriā ergo facit At cui facit an ciuitati. nam ſibi quidem non: quia uolens patitur. Nulli aūt uolenti iniuria fit Itaqȝ et ciuitas penam conſtitu it et eſt quedam ignominia aduerſus illum q ſe ip̄m necauit at ci uitati iniuriam fecit Inſup ſecundum quod iniuſt9 eſt qui ſo lum iniuriat̄ et non omnino prau9 non poteſt ſibi ipi iniuriam facere. nam aliud hoc eſt q̄ illud ē enim quodam modo iniuſtus ſic prauus ut timidus non ut totam habens prauitatem. Quare nec ſcd̄m hāc iniuriat̄ Naʒ ſimul foret eidem ablatum eē et adeē idem qd̄ eſt impoſſibile ſʒ ſemp i plurib9 neceſſe eſt eſſe iu ſtū et iniuſtū Preterea uoluntariū et p electionem et ꝑmū. q eīʒ ab alio leſus idē facit aduerſ9 illum non uidetur iniuriā face re. ſʒ idē ipe eadē ſiml̄ patit̄ ⁊ facit ſibi Preterea ſeq̄ret̄ ut uo lenti iniuria poſſʒ fieri Inſup ſine pticularib9 iiuriis nullus i iuriat̄. null9 ꝓo ē adult̄ ſue uxoꝗ necꝫ effractor ſui pietꝗ necꝫ fur ſuaꝝ reꝝ In totū aūt tollit̄ ut qs ſibi iiuriari ualeat ꝑm diffini tionē uolūtarie patiēdi iiuriā Manifeſtū at̄ ꝙ utcꝫ praua ſūt et facere ⁊ pati iniuriā. naʒ aliud eſt pl9 h̄re q̄ medium. aliud ē habere min9 uelut ſanitas in medicina bona h̄itudo in ginnaſti ca Veruntū peius eſt facere iniuriā. nam id cum prauitate eſt ac uituperatur et prauitate uel pfecta ſimpliciter uel prope. nō

enim omne uoluntarium cum iniuria ſʒ pati iniuriam ſine puita
te eſt et ſine iniuria. Per ſe igit̃ pati iniuriam min9 eſt malum
Sʒ p accidens nihil ꝓhibet eſſe mai9 at non eſt ea cura arti ſʒ
dolorem lateris dicit maiorem morbuʒ q̃ offenſionem pedis licet
fieri poſſit aliud p accidens ſi contingat offendentem pedem ca
dere et ab hoſtibus capi et mori Per tranſlationem ꝓo ac ſimi
litudinem eſt non ſibi ad ſe ipm iuſtum ſʒ ſuoꝝ aliqb9. hec uero
omne iuſtum ſʒ dominicũ uel economicum. his eniʒ rationib9 di
uiſa eſt ea ps animi q̃ racionem habet ab ea q̃ eſt ſine ratione ad
q̃ ſi inſpicias uidet̃ eſſe iniuriã ad ſe ipm qa eſt in his pati aliqd
preter ſua deſideria. Vt igit̃ penti et impanti eſſe ad inuicem a
liqd iuſtuʒ et iſtis De iuſticia qdem ac aliis moralib9 uirtuti
b9 determinatum ſit in hunc modum

q VONIAM p9 dixim9 mediũ eẽ recipiendũ non at̃
exceſſũ neqꝫ defectũ: mediũ at̃ ẽ ut recta dictat ratio.
Hoc diſtiguam9. oĩb9 eiʒ dictis hit9 q̃admodũ et ali
is ẽ qõdaʒ ſignũ ad qõ inſpiciẽs q rationẽ hẽt itẽdit ⁊ remittit
et eſt qdam t̃min9 mediocritatum q̃s dicimus eẽ int̃ exceſſũ et
defectuʒ ſecundũ rectam rationem Eſt autem huiuſmodi ſer
mo ꝟus qdem ſed neq̃q̃ clarus. Nam et in aliis facultatibus de
(qb9 ſciencia eſt) hoc etiam vere dici poteſt nec parum nec minus

laborandū aut negligendū eē. Sed mediocriter et ut recta dictat ratio. Sꝫ ob hoc dictum nihilo plus qs sciret ueluti q̄lia afferenda sint corpori. si qs dicat qđ medicina iubet et queadmodū is qui illā habet. Quapropter non ſolum uero hoc dixiſſe de habitib9 animi uerū etiā determinarī q̄ ſit uera ratio. et q̄ ſit hui9 termin9. animi ergo uirtutes ſupra diſtiximꝰ et alias eſſe moris dixim9 alias intellect9. Et de morib9 quidē tranſegim9. de reliq̄s uero nūc dicem9. Pri9 tñ de aīo pmittētes q̄ due ſūt animi ptes. altera rationē hñs. altera irrationalis dictū eſt p9. Nunc aūt circa eam ptem (q̄ rationem habet) eodē modo diſtinguendū eſt. et ſuppoſitū exiſtat duo eſſe rationē hñtia. unū quo pſpicim9 illa talia quorū pncipia alit̄ ſe habere non poſſūt. aliud quo illa q̄ alit̄ ſe habere poſſūt. Nā ad ea q̄ alia ſūt genere et pars animi alia genere que ad utrunq̄ apta eſt. Si quidem ſecundum ſimilitudinem et proprietatem quandam noticia illis exiſtit. Vocetur autem harum altera ſcientifica, altera rationatiua: nam conſultari et ratiocinari idem. Nemo enim conſultat de rebus que aliter ſe habere non poſſunt. Itaq̄ rationatiuū ē una ps eius quod rationem habet. Sumendus eſt ergo utriuſq̄ harum optimus habitus. Nam hec utriuſq̄ virtus. Virtus autem erga opus pꝑiū.

tRIA ſūt aūt in aīo q̄ rei agende ueritatiſq̄ dn̄ant. ſenſ9 ītellect9 appetit9. Ex his aūt ſenſus nullius rei agende principiū eſt. Id ex eo patet q̄ beſtie ſenſū quidē hñt rerū vero

agendarum particeps non ſunt  Quod vero eſt in mente aſſen
tire et diſſentire. Idem in appetitu ſequi et uitare  Itaq cum
uirt9 moralis ſit habit9 electiuus/electio aūt appetitus cum deli-
beratione: optet p hec ſermonē eſſe uerū et appetituʒ eſſe rectuʒ
ſi qdem electio et ſtudioſa et eadem aſſentire et ſequi. hec igitur
mens et ueritas in agendo uerſat̄  At contemplatiue mentis q̄
nec in agendo nec in faciendo eſt laus et uitupatio. et in uero/et
falſo conſiſtit. Hoc eſt enim totius intellect9 opus. Actiui vero
et intellectiui ueritas conſentanea appetitui recto . Rei igit̄
agende pncipiū eſt electio. Vnde mot9 eſt. ſʒ non cuius gr̄a. elec-
tionis aūt appetit9 et ratio/que alicui9 gr̄a. Quapp̄ non abſq
mente et intellectu nec abſq morali appetitu ē electio. Bene at̄
agere in rebus. et contra ſine intellectu et more non eſt . Sʒ mēs
iſta nihil mouet. verū illa que gracia alicui9 et actiua. hec enim
et in faciendo preceps eſt. nam gr̄a alicuius facit qcūq facit et fi
nis non ſimpliciter ē. ſʒ ad aliquid et factibile alicuius ē at non
agibile. Nam bene agere finis ē. appetit9 aūt hui9 . Quapter
aut intellect9 appetitiu9 ē electio aut appetit9 intellectiu9 ⁊ ta
le pncipium homo  Non ē aūt eligibile qcq̄ ex iaʒ factis ut pu
ta null9 eligit Troiā dirripuiſſe. nō eīʒ ꝺ pterito electio ē ſʒ de
futo poſſibili. factū aūt ne factū ſit fieri nō pōt. Itaq recte Aga
thō hoc ſolo de9 puat̄ īfecta facer̄ qcūq ſūt facta  Ambaꝝ ita
q ꝑticularū intellectiuarū op9 ē ꝟitas  Scōm quos ergo habi
tus utraq uerum pſpicit. Hc uirtutes ambarum exiſtunt

EPENTES ergo alcius de illis dicamus. Erunt quibus animus uerum ꝓſpiciat aſſentiendo et diſſentiendo q̄nq̧ numero. Hec aūt ſunt ars ſciencia prudencia ſapiencia intellec tus. Extimatione enim et opinione falli contingit Quid igit̄ ſit ſcīecia ex hoc patet ſi diligent̄ diſcutiendū eſt nec ſimilitudi nibus inherendum Omnes enim ſic accipimus ut id quod ſcimus aliter ſe habere non poſſit. Que aūt alit̄ ſe habere poſſunt q̄n ex tra ꝯſiderationem ſūt latet utruꝫ ſint uel non ſint. Ex neceſſita te ergo ſcibile eſt. Sempiternum ergo. Nam que ex neceſſitate ſūt ea omnia plane ſempiterna ſūt. Sempit̄na aūt ſine genera tione ⁊ corruptione Inſuper omnis ſciencia uidet̄ ēē docibilis et quod ſciri poteſt idem poteſt diſci. Doctrina ꝓ o omnis ex aū̄ cognitis fit ut in reſolutiuis dicimus Naꝫ aut ꝑ īductióeꝫ. aut ꝑ ſilogiſmum. at inductio principii eſt et uniuerſalis ſilogiſm⁹ aūt ab uniuerſali. Sunt ergo principia ex q̄b⁹ ſilogiſm⁹. Quoꝝ aūt non eſt ſilogiſm⁹ eorum inductio eſt Eſt igit̄ ſciencia ha bit⁹ demōſtratiu⁹ et cet̄a ut in reſolutiuis diffinim⁹. cū eiꝫ fidē quodāmodo adhibet q̄s et ꝑ̄ncipia nota ſūt ſcit Naꝫ ſi non ma gis diſcurſu ꝯcluſionis ꝑ accedēs habebit ſciaꝫ De ſcia ergo ī hūc modū det̄minatū ſit Ei⁹ ꝓ o q̄ꝺ recipit aliter ſe habere q̄ꝺdā eſt q̄ꝺ fieri q̄ddā q̄ꝺ agi poteſt. eſt aūt aliud facere aliud agere. Credim⁹ aūt de his ext̄nis quoq̧ ſ̄monib⁹ Itaq̧ habit⁹ cū ratione actiu⁹ aliud eſt q̄ habit⁹ cū ratione factiu⁹ nec alt̄ in altero con

tinet. Naz neq actio est factio neq factio ē actio. cū aūt edifi catiua ſit ars q̄daz et idem qd habit9 qdaz cuz ratione factiuus bit9 ſz neq talis habit9 q non ſit ars. Idem utiq eēt ars et bit9 cū ratione ꝓa factiu9 Omīs aūt ars in faciendo uerſat et arti ficio uti et mente ꝓſpicer ut aliq̄d fiat eoꝝ q̄ poſſūt et eē et non eē et quoꝝ pncipiū in faciente ē non aūt in eo qd fit Nō eīm eorū q̄ neceſſario ſunt aut fiūt ars ē neq eorū q̄ ſunt ſcōm nat̄az Naz hec in ſe ipis habent pncipia Cuz ergo facere et agere di uerſa ſint neceſſariū eſt ut ars in faciēdo et non in agēdo ꝯſiſtat

Et circa eadem quodāmodo uerſant ars et fortuna ut Agaton inquit ars fortunam adamauit fortuna artez Ars igit ut dixi m9 habit9 qdam cū ratione ꝓa factiu9 ē. Inercia ꝓo ꝯria cum ratione falſa factiu9 habit9 circa id qd aliter ſe habere poteſt

E prudencia ꝓo ſic utiqaccipiem9 conſideratione habita q ſint hi quos prudentes uocam9 Videt prudētꝭ eē uiri bene conſulere poſſe circa illa que ſibi bona et utilia ſunt non pti cularit puta q̄lia ad ſanitatē uel ad robur:ſz uniuerſalit ad to tum uite ſtatū bn̄ dirigendū Signū ꝓo ē hui9 ꝙ circa qd pru dentes dicim9 eos q ad finem aliq̄m ſtudioſū acute excogitant il la in qb9 non eſt ars. q̄obrem et uniuerſalit prudens eſſet conſul tatiuus Conſultat autem nemo de his que impoſſibilia ſunt alit ſe habere neq de his q̄ ipe agere non poteſt. q̄re ſi ſciencia ē cū demonſtratione quorū aūt pncipia alit ſe habere poſſūt horū

non eſt demõſtratio. nam omnia poſſunt mutari neqꝫ locũ habet conſilium in his que ex neceſſitate ſunt. prudencia non utiqꝫ ſcia erit nec ars ſcia quia id quod agit̃ aliter ſe poteſt habere. ars qa alius eſt finis agendi q̃ faciendi Reſtat ergo ut prudencia ſit habitus ꝓus cuꝫ ratione q in his agendis uerſat̃ q̃ ſũt homini bo na et mala Nã faciendi qdem alius finis agendi ꝓo non alius Eſt enim id ipm finis bene agere Ob hoc piclez et alios huiuſ modi prudentes dicimus ꝙ illa que ſibi et aliis utilia ſunt ꝓſpi cere ualent. eſſe aũt huiuſmodi putamus illos q publicis ꝓuatiſ ꝙ rebus adminiſtrandis ſũt apti Vnde tempancia dr̃ prudẽ cie conſeruatrix. conſeruat enim huiuſmodi iudicium. non enim totũ iudiciũ corrumpit ac ꝑuertit uoluptas et dolor ueluti quia triangulus duobus rectis eq̃les habet uel non habet Sꝫ illud qð in agendo uerſat̃ Principia enim reruꝫ agendaruꝫ ſũt quorũ gr̃a illa agunt̃. Ei autem qui corruptus eſt ob uoluptateꝫ uel do loreꝫ repente non apparet ꝑncipium neqꝫ oportere gr̃a huius ne qꝫ ꝓpter hoc ſuſcepiſſe omnia et egiſſe. nam uicium corruptiuum ꝑncipii eſt. Itaqꝫ neceſſe eſt prudenciam eẽ habitum cuꝫ ratione ꝓa que in his agendis uerſat̃ que ſunt hominib9 bona Atq ar tis quidem eſt uirtus prudencie vero non eſt Et in arte qdeꝫ is q ſponte deliqt potior eſt Imprudencia ꝓo contra queꝫadmo dum et in uirtutibns patet igit̃ ꝙ ũt9 q̃daꝫ ẽ et non ars Cuꝫ ũo ſũt duo animi ꝑticule rõnẽ hñtes alia utiqꝫ erit ũt9 opinatiui Nam opinio et prudencia circa id eſt qð recipit aliter ſe habere

At qui nec habit9 cum ratione ſolum ſignum erit ꝙ obliuio eiuſ modi habit9 eſt ſed prudencie non eſt.

VIA ꝓo ſciencia de uniuerſalib9 exiſtimatio ē et de his q̄ ſūt ex neceſſitate. Sūt aūt pͥncipia demōſtrabiliū et toti9 ſciencie. Naꝫ cuꝫ ratione ē ſciencia pͥncipii ei9 quod ſciri poteſt neqꝫ ſciencia utiqꝫ erit neqꝫ ars neqꝫ prudencia. Nam quod ſcibi le idē demōſtrabile. Ille ꝓo ſūt circa ea que aliter ſe habere poſ ſūt ſed nec ſapiencia hoꝝ eſt. Naꝫ ſapientis eſt de q̄buſdaꝫ de mōſtrationē habere Si ergo in qb9 ueri ſum9 nec unq̄ fallimur circa illa q̄ non recipiunt aut recipiunt alit̄ ſe habere ſciencia et prudencia ē et ſapiencia et intellect9. nullū ꝓo hoꝝ triū recipit eſſe. Dico aūt tria prudenciā ſapiam ſciam reſtat ut intellectus ſit pͥncipioꝝ Sapiam ꝓo in artib9 tribuim9 illis q̄ excellentiſ ſimi ſūt ueluti phidiam lapidarium ſapientē et pollicletē ſtatu ariū. Nihil aliud in hoc ꝑ ſapiencia intelligentes q̄ uirtutē ar tis Sꝫ eſſe quoſdā ſapientes putam9 in totū non ſcd̄m ptem nec aliud q̄d ſapiētes ut homer9 de margite dixit. hūc neqꝫ foſſo reꝫ dii fecerant nec aratorem nec aliud q̄ddā ſapientē. Itaqꝫ ma niſeſtū ē ꝙ exactiſſima ſciaꝝ utiqꝫ erit ſapia Oportet ergo ſa piēteꝫ non ſolū ea q̄ a pͥncipiis manant ſcire. uerū etiaꝫ circa pͥn cipia ꝟitatē tenere; itaqꝫ ſapia utiqꝫ erit intellect9 et ſciencia

T ueluti caput hn̄s ſciā pcioſiſſimoꝝ. Et ciꝫ foret abſur

dum ſi qs putet ſciam ciuilem aut prudenciã ſtudioſiſſimam eẽ
niſi optimũ eorũ q̃ in mundo ſũt homo exiſtit Quippe ſi ſanũ
ꝛ bonuꝫ eſt aliud hoĩb9 aliud eſt piſcibus albũ uo et rectuꝫ ideꝫ
eſt ſemꝑ et ſapiens idem. oĩs utiqꝫ diceret prudens ꝓo aliud ꝓ
uidere eiꝫ circa ſe recte ſingula diceret eſſe prudentẽ ꝛ huic iſta
tribuerent Quaꝫobreꝫ et beſtiaꝝ q̃ſdam prudentes eſſe aiũt
q̃cũqꝫ circa uitam ſuam ꝓuidenciam habere uident. manifeſtum
aũt qḋ non eſt ciuilis et ſapĩa ideꝫ, naꝫ ſi dicant circa cõmodita
tes ꝓpas uerſari ſapĩam plures erunt ſapie. non eiꝫ una eſt circa
cõmoduꝫ oĩum aĩalium. Sꝫ alia circa ſingula ipoꝝ niſi et medici
na eſt una de oĩbus. Q ſi qa optimuꝫ eſt homo oĩuꝫ aĩalium ni
hil refert: nã alia ſũt multo diuinior q̃ homo ſcḋꝫ natãꝫ. ueluti
iſta ꝑclariſſima ex qdus mundus ꝯſiſtit Ex dictis ergo patet
ꝙ ſapĩa eſt ſcia ꝛ intellectus ꝑcioſiſſimoꝝ natã Quapꝑt Ana
xagorã et talem et huiuſmodi ſapientes hoĩes eẽ dicunt ſed non
prudentes qa uident illos ꝓpa cõmoda ignorantes et illa q̃ ſũt
eximia qdem et admirãda et difficilia et diuina ſcire ipos aiũt
Inutilia tñ qm̃ nõ humana q̃runt bona. at prudencia ċca huma
na ꝟſatᷓ et circa illa in qbus ꝯſiliũ habet locum. nã prudentẽ hoc
maxime opus eẽ diximus bene conſulere. nemo aũt conſultat de
ipoſſibĩibus aliť ſe hr̃e neqꝫ de his oĩbus quoꝝ nõ eſt finis aliqs
et non agibile bonum. Simpliciter autẽ bene conſulere dicendus
eſt ille qui quod optimuꝫ eſt homini in rebus agendis id ratioci
nando coniectura aſſequitur Neqꝫ prudencia eſt uniuerſi ſolũ

Verum etiam ſingularia oportet cognoſcere. nam actiua q̄dez ē Actio aūt in ſingulis uerſat̄ Ex quo fit ut q̄dam neſcientes q̄buſdam ſcientib9 efficaciores ſint in agendo et inter ceteros hi q̄ expimentuz hn̄t Nam ſi q̄s ſciat ꝙ leues carnes facile digerūtur et ſalubres ſūt ſed q̄ ſint leues carnes ignoret: non faciet ſanitatem. ſz q ſcit ꝙ auium carnes leues ſūt et ſalubres faciet mag̃ Prudencia ꝓo actiua ē Itaq̄ oportet utranq̄ hr̄e aut hāc magis

T erit utiq̄ hec ueluti quedam ceteris p̄ſidens atq̄ dominans Eſt aūt ciuilis et prudēcia idem habit9 eſſencia tn̄ neq̄q̄ eadem ipis eſt Ei9 aūt que circa rem. p. uerſat̄ alia eſt ueluti p̄ſidens quedaz ac magiſtra prudencia in legib9 ferendis Alia in ſingulis agendis conſultandiſq̄ uerſat̄ q̄ comuni noīe ciuilis dr̄. decretum eniz agibile ē ut poſtremū. Quap̄pt̄ hos ſolos aiunt rem. p. gerere. ſoli enim hi agunt quemadmodum manuales artifices Videt̄ aūt eē prudencia maxime eſſe q̄ circa ipm et unum uerſat̄ et habet hoc nomen prudencia Illaꝝ aūt alia diſciplina rei familiaris. alia poſitio legum; alia ciuilis dr̄ Sp̄es igit̄ quedam erit cognitionis ſibi cōmoda ſcire. ſz habet magnā uarietatez Et uidet̄ q illa q̄ ad ſe ptinent ſcit ⁊ in illis uerſat̄ prudens eē. ciuiles aūt negocioſi Quap̄pt̄ et euripedes inquit quo nā modo prudens eēt cui ocioſo aderat ī multitudine cōnumerato exercit9 equū p̄cipe Naz ſolertes et agentes aliq̄d pl9 Querūt eni ꝙ ſibi ſit bonū et hoc agendū eē exiſtimant Ex hac

igi̅t opinione natum eſt hos e̅e prudentes Quā̄q̄ forte non eſt ei9 ſine diſciplina rei familiaris et ſine ciuili. i̅ſup r̄s ſua ciuilis q̄admodum adminiſtranda ſit obſcurum eſt ac difficile cognitu

Hui9 ꝓo ſignum eſt ꝙ iuuenes q̄dem et geometre et mathematici fiunt et ſapientes in huiuſmodi ac prudentes fieri nō uidēt Cauſa huiuſmodi ē ꝙ in ſingularib9 eſt prudencia q̄ p̄ expimentum nobis innoteſcūt. Iuuenis aūt non eſt expt9 longitudo eniꝫ tp̄oris expienciam facit Nā ꝛ de illo q̄s dubitat q̄re ſit ꝙ puer mathematic9 q̄deꝫ fieri poteſt. ſapiēs aūt uel phiſic9 non pōt An q̄a p̄ exauritionē eſt. Hoꝝ aūt principia expimento. et hec q̄deꝫ non credunt pueri ſꝫ dicunt Hec aūt q̄d ſint non eſt obſcurum Inſup̄ error aut circa totam reꝫ in conſulendo exiſtit aut circa pticularia aut enim ꝙ omnes ponderoſe aque pure ſūt aut ꝙ hec ponderoſe Q aūt prudencia non eſt ſcia manifeſtum ē Nam extremi eſt ut diximus tale enim agibile Oppoſita ē ergo intellectui: nam intellectus eſt t̄minoꝝ quoꝝ non ē ratio hec ꝓo extremi ſenſus non ꝓp̄oꝝ ſꝫ quemadmodum ſentim9 ꝙ mathematicis extremum eſt trianguluꝫ. Conſiſtet enim et ibi. Sed hic magis ſenſus q̄ prudencia. illi9 ꝓo eſt alia ſpecies

IDENDVM ē et q̄d ſit bene conſulere. utrū ſcia aliq̄ ul̄ opinio uel bona coniectatio. uel aliud q̄dpiam gen9 Sciencia q̄dem non ē. non eiꝫ q̄runt homines de q̄bus ſciunt. Bene

aũt conſulere ē. q ꝓo conſulit q̃rit et rationem diſcurrit Atq nec bona coniectatio ē. Nam abſq ratione et cũ ſceleritate q̃dã fit coniectura. ſʒ ad conſiliũ tꝑoris ſpaciuʒ adhibet̃ et aiũt ſcele rit̃ agendũ ẽẽ. conſulendũ aũt moroſe Solercia quoq laidu ē q̃ bene conſulere. Eſt aũt ſolercia bona coniectatio Nec rurſ9 opinio aliqua ē bene conſulere Sʒ q̃m q male conſulit aberrat Qui ꝓo bene conſulit recte cõſulit Patet ꝙ directio q̃dam ē bene conſulere. Nõ ſcie neq opinionis Nã ſcie nõ eſt directio cũ nõ ſit error Opinionis ꝓo directio ꝟitas eſt Et ſimul iã dẽminatũ eſt omne id cui9 eſt opinio Atq nec ſine ratione ē bene conſulere. Reſtat igit̃ ut ſit cogitationis. hec eniʒ nondũ aſ ſenſu eſt. et enim opinio non q̃ſtio ſʒ iam aſſentio q̃daʒ eſt. q aũt conſulit ſiue bene ſiue male conſulit q̃rit aliq̃d et cogitat Sed bene conſulere directio q̃dã conſilii eſt. Itaq ꝑmo querendũ eſt q̃d ſit conſiliuʒ et circa q̃d Cuʒ ũo directio multiplic̃r dicat̃ patet ꝙ non om̃is. incontinens eiʒ et flagicioſus q̃õ ſibi ꝓpoſitũ eſt rationando aſſeq̃tur Itaq recte conſulit licet magnũ amplec tat̃ malum. At bene conſulere bonũ q̃ddam uidet̃. Naʒ ea direc tio conſilii que bonum aſſeq̃t̃ bene conſulere eſt Eniuero hec e tiam falſa ratione q̃s aſſeq poteſt et quod fieri oportet obtinere ꝑ quod aũt nõ ſʒ falſũ ẽẽ medium t̃minum. Itaq nec q̃d etiam ꝯ ſulere erit ꝑ quod aſſeq̃t̃ quod oportet ſʒ non ꝑ quod oportebat

Preterea fieri poteſt ut aliquis multum tempus conſultando potiatur. Aliquis uero cito. Non igitur illud adhuc bene conſu

…re eſt ſʒ directio ſcdm utilitatem et ſecundum id cuius opus ē …t ut et quando Preterea ē bene conſulere ſimplicit̄ et ad fineʒ aliquem. Simpliciter cum ad extremum ſimpliciter dirigit̄ ad finem aliquem cum ad hunc finem. Si igitur prudentium eſt be ne conſulere Erit utiqꝫ bene conſulere directio ſecundum uti litatem ad finem cuius prudēcia uera exiſtimatio eſt

SAGACITAS quoqꝫ et ebetudo ſcdʒ q̄s ſagaces et ebe tes dicūt̄ non omnino ideʒ eſt qđ ſcia uel opinio. nam oēs ſagaces eſſe poſſent Neqꝫ una aliqua particulariuʒ ſcienciaꝝ ueluti medicinalis. Nam de ſanis utiqꝫ eſſet aut geometrica cir ca magnitudines. Neqꝫ eiʒ de his q̄ ſemp ſunt et nunq̄ mouent̄ ſagacitas eſt. Sed de his circa quas dubitaret utiqꝫ aliqs et con ſuleret Quapropt̄ circa illa eadem in quib9 prudencia uerſat̄

Non eſt autem idem ſagacitas et prudencia. Nam prudencia preceptiua eſt. Quid eniʒ agendum ſit uel non eius eſt finis. at ſagacitas diiudicatiua eſt ſolum Idem enim ſagacitas et bona ī telligencia. Eteniʒ ſagaces et bene intelligentes Eſt autem ſa gacitas non habere prudenciam aut accipere ſed ueluti addiſcer̄ dr̄ ſape qū utitur ſcia. Sic et in utenda opinione et in iudican do ea de qb9 eſt prudencia alio dicente bene iudicare. Eteniʒ be ne idem eſt quod probe. Hinc uenit nomen ſagacitas ſcdm quā bene ſagi ex ea que in diſcendo eſt. Dicimus enim frequenter in addiſcendo ſapere Ea vero que apellatur ſentencia ſecunduʒ

quam bene ſentire dicimur et ſentenciam habere boni et equi rec tum iudicium eſt cuius rei illud erit ſignum ꝙ bonum et equū ui rum maxime dicimus eſſe initi ſentencia et equum eſſe circa q̄dā ignoſcere. at ignoſcere recte ſentire eſt recte iudicando circa eq tatem. Recte autem ueri Sūt aūt hi omnes hit9 rationabilit̄ in idem tendentes. Dicim9 eīʒ ſentenciam ſagacitatem pruden ciam et mentem ad eoſdem referentes ſentenciam habere et men tem et prudentes et ſagaces Omnes uero huiuſmodi potencie ex tremoꝝ ſunt et ſingularium In iudicando q̄deʒ de q̄bus pru dens ſagax et bene ſentiēs ſiue mitis Naʒ eq̄tas comune q̄ddam ē bonoꝝ omium in eo ꝙ ad alium Sūt autem agibilia ſingl'ariū et extremoꝝ omnium et prudentē oportet ip̄a cognoſcere et ſa gacitas ac ſentencia circa agibilia Hec aūt extrema Et itellec t9 extremoꝝ utriq; nam et p̄moꝝ t̄minoꝝ et ultimoꝝ intellect9 eſt et non ratio. Alter ſcd̄m demōſtrationem terminoꝝ immobi lium et primoꝝ. Alter in reb9 agendis extremi et mobilis et al t̄i9 diſpoſitionis. Hec eniʒ p̄ncipium ſūt cui9 gr̄a Ex ſingulari b9 enim uninerſale horū igit̄ oportet ſenſuʒ habere. Hic eſt aūt intellect9 Ex quo naturalia uidet̄ eſſe. nata ꝓo nemo ſapiens ē. at ſentenciam h̄re et ſagacitateʒ et intellectum. ſignū ē ꝙ ſm etateʒ putam9 illa ſeq̄ conuenire ⁊ hec etas intellectū habet atq; ſentenciā q̄ſi nata exiſtit cauſa Quapropter principium et fi nis ē intellect9. ex his enim demonſtrationes fiūt de his Atq non min9 inherendum ē et expertis et ſeniorib9 uł prudentum

opinionib9 atq; ſentenciis ſine demonſtratione q̃ demonſtratio nib9 ip̄is. ueluti eim̄ oculū p expienciam habentes p̄ncipia diſcer nunt Quid igiť ſit ſapia et prudencia et circa qd uerſetur ip ſarum utraq; dictum eſt

ED ambiget qſpiam in qb9 reb9 utiles ſint Naȝ ſapia qdem nihil eoꝝ ꝓſpicit ex qb9 homo beat9 efficiať. nulli9 eiȝ eſt generationis Prudencia ꝓo hoc habet qdem. ſȝ queȝad modum utilis erit. Si qdeȝ prudencia circa illa ꝓſať q̃ ſūt iuſta et honeſta hominib9 et bona hec aūt ſunt q̃ agere boni uiri eſt ſȝ p eoꝝ ſentenciam. nihilo magis ad agendum illa erim9 apti ſi q dem habit9 uirtutes ſūt ueluti neq; ſana neq; ualitudinaria qͦ cūq; non ab agendo ſȝ ab habitu eſſe dicim9. Et eiȝ nihilo magi agere apti ſum9 qa medicinalem aut gynnaſticam hēam9 Q ſi non hoꝝ gr̄a prudentem ponere debem9 ſȝ ei9 qͦ eſt fieri ſtu dioſos nihil utiq; erit utilis Preterea neq; his q non habet ni hil eīm refert utrū ip̄i habeant uel hn̄tium ꝯſiliis ac qeſcát. Ha bundeq; nobis erit ueluti in ſanitate. q̄uis eim̄ ſani eſſe uelimus medicinaȝ tū non adiſcim9 Et p̄terea abſurdum uidebiť ſi de terior q̃ ſapia exiſtens potior erit q̃ illa. que enim facit dn̄ať et iubet ſingulis De his igitur dicendum eſt. Nunc tn̄ dubita tū eſt ſolum de ip̄is Dicim9 igiť p̄mo ꝙ p ſe ip̄as neceſſariū ē uirtutes eas exiſtere. uirtutes aūt eſſe utriuſq; pticule et ſi nihil

faciat alterutra ipſaꝝ. Deinde faciunt quidam nō ut medici
na ſanitatem:ſʒ ut ſanitas:ſic ſapiētia felicitatē. Cū eniʒ pars
ſit totius ꝟtutis habendo:et opando facit beatos. Inſuꝑ opus
pficitur ſecūdum prudētiam et uirtutē moraleʒ. Quamuis ꝟt9
ītētionem facit rectam. Prudentia vero illa dirigit que ad hanc
tendunt. Quare ꝓo animi pticule nō eſt uirt9 talis vegetatiē
Nihil eiʒ ī illa eſt vtrum agat uel nō agat. De eo autē quod ni
hil magis apti ſūt ꝑpter prudētiam ad honeſta et iuſta agenda
paulo ſupius incipiēdum eſt. Hinc ſumpto inicio q̄admodū di
cim9 quoſdā iuſta agere:nec tamē eſſe iuſtos:ueluti eos q faciūt
illa que leges precipiūt:aut īuiti:aut p ignorātiaʒ:aut p aliud
quidpiam:non autem ꝑpter ipſa:aut qui agūt illa que oportet
et qd oportet ſtudioſuʒ uirum. Sic eſt ut uidetur aliqualiter ſe
habētem agere ſingula ut bonum ſit dico ceu p electionem et ip
ſorum que agūtur grā. Electionē igitur rectam facit ꝟt9. Que
autem illius gratia fieri nata ſunt:ea non ſunt uirtutes:ſʒ alte
rius potētie de quibus ſciētibus dicēdum eſt clarius. Eſt igit
quedā potētia quā aſtutiā uocāt. Hec huiuſmodi eſt ut ad ſub
rectam ītētionē agē iſta poſſit et ad effectū pducere. Si itaqʒ id
ad qd ītēdi9 rectū ſit laudabilis eſt. Sin aūt imꝓbū tūc ē dol9.
Quapropter prudētes aſtutos et nō doloſos eſſe dici9. Eſt au
tem prudētia nō hec potētia:ſʒ non abſqʒ potētia iſta. Habit9
ꝓo huic ītuitu efficit animi nō ſiñ ꝟtute ut dcm ac manifeſtum
ē. Nā cogitationis et diſcurſ9 rōnis reꝝ agēdaꝝ pncipiū habet

quod tale quid ſit extremum et optimũ qualecũqꝫ tãdem id ſit Et e ĩ ſit ꝓbi gr̃a quid uis hec niſi bono uiro nõ videt̃. Nã puitas obliquat: et falſo errore labi facit c̃ca ꝑncipia rex̧ agẽdarũ. Quare patet ꝙ ĩpoſſibile ẽ prudẽtẽ eſſe quẽpiam niſi ſit bonus

ED conſiderãdum eſt rurſus c̃ca ꝟtutem. Nã uirtus fere ſimiliter ſe habet ut prudẽtia ad aſtutiaꝫ non eadẽ q̧deꝫ ſꝫ certe ſimilis. Sic et naturalis uirtus ad eam que eſt ꝓprie virtus Omnibus eĩꝫ uidet̃ natura quodam modo mores in ſingulis ſubſiſtere. Nam ut iuſti ſumus et temperati et fortes et alia huiuſmodi ſtatim a natiuitate habem9. Sꝫ tamẽ querim9 aliud quiddam ꝓprie bonũ eſſe ut talia aliter ad eſſe. Nã pueris qdẽ et beſtiis naturales ſũt habitus Verum abſqꝫ mente videntur eſſe nociui. Illud dumtaxat apparet: ꝙ q̃admodum in robuſto corpore ſine intuitu ſe mouente contingit fortiter offẽdere quia viſum non habet ita et hic. Quod ſi accipiat mentem ĩ agendo differt habit9 ꝟo ſimilis exiſtẽs tũc erit ꝓprie ꝟt9. Itaqꝫ ut opinabili due ſũt ſpẽs aſtutia et prudẽtia. Sic ĩ morali due ſunt naturalis ꝟt9 ⁊ ꝓpria. Vex̧ harũ que ꝓpria ẽ: nõ fit abſqꝫ prudẽtia Et ꝓpterea aiũt ꝟtutes omnes eſſe prudẽtias Et Socrates ꝑtiꝫ recte q̃ſiuit ꝑtim errauit. Qui ei oĩs ꝟtutes putabat prudentias eſſe errabat. Qui uero non abſqꝫ prudẽtia recte dicebat Signũ hui9 ẽ ꝙ nũc oĩs qñ ꝟtutes diffiniũt adiũgunt habitum dicẽtes: et ad quid ẽ ſeũduꝫ rectam rationẽ. Recta auteꝫ

ratio eſt ſecundum prudẽtiam. Vidẽtur auguriari quodã modo omnes hiuſmodi habitum virtutez eſſe: qui habitus ſit ſecundũ prudentiam. Sed oportet parumper tranſgredi. Non eĩ ſolum habitus qui eſt ſecundum rationem rectam. Sed ille qui eſt cum recta ratione virtus eſt. Recta autem ratio in talibus pruden tia eſt. Socrates igitur putabat virtutes eſſe rationes. Nã illas omnes dicebat eſſe ſententias. Nos autem cũ ratione eſſe puta mus Patet igitur ex iam dictis non poſſe quemq̃ eſſe bonum viruz ſine prudentia. Neq; prudentẽ ſine morali uirtute Sz ſermo hac ſolueretur quo diſputare quis poſſit: virtutes abiui cem ſeperari. Non enim eundem naſci ad omnes aptum. Itaq; aliã iam q̃dẽ habẽ aliã nõ habere Sz hec recipiẽdũ ĩ naturali bus ꝟtutib9 At ĩ his virtutib9 ꝑ quas ſimplicit̃ dicit̃ uir bon9 nõ recipitur. Simul eĩz cũ prudẽtia q̃ una ẽ oĩs ſimul exiſtũt

Patet aũt ꝙ et ſi nõ actiua eſſet: tamẽ op9 erat ei9 q̃a ꝑticu le ꝟt9 ẽ: & q̃a nõ erit electio recta ſine prudẽtia neq; ſiñ ꝟtute. Hec eĩ finis. Hec ꝟo ad finẽ agere facit Attamẽ nec p̄ſtat ſa pientie: nec meliori ꝑticule: ut nec ſanitati medicina. Nõ eĩ utit̃ illa: ſꝫ ꝓuidet ut ſit. illi9 ergo grã iubet ſꝫ nõ illi Preterea ſi ſe vt ſi quis ciuilem dicat principium eſſe deorum quia diſponit de omnibus que fiunt in ciuitate

POST hec dicendum eſt alio ſumpto pricipio ꝙ cca mores fugiendorū: tres ſunt ſpēs. vicium. Incontinē-tia. Immanitas. Horuꝫ ꝓo duobus ꝯria manifeſta ſunt. Nam aliud ꝓtutem: aliud ꝯtinētiam uocamus. Aduer-ſus aūt imanitatem maxime quis cōgrue opponat eam ꝓtutē q̄ ſupra nos eſt heroycam quādam et diuinam. Vt Homerus de Hectore facit Priamū dicentē eximia illū bonitate pſtare: neq̄ videri mortalis hominis fili⁹ eſſe. ſꝫ dei. Itaq̄ ſi ex hominib⁹ fiunt dii p excellentiaꝫ virtutis: ut aiunt talis qdē utiq̄ erit is habitus q imanitati opponitur. Naꝫ ut beſtiarū non eſt neq̄ vicium: neq̄ uirt⁹: ſic etiā nec dei. Sꝫ hec qdem precioſior eſt q̄ virtus. Illa ꝓo aliud quoddā genus imꝓbitatis. Cum autem raro cōtigat virū quēpiā eſſe diuinū. ut Lacones dicer̄ cōſueuē cū ualde aliquē admirāt̄: diuin⁹ ē (inquiūt) uir. Sic et imanē quē piaꝫ iter homines raro aiūt exiſtere. Ac maxīe iter barbaros eſt. Fit aūt quādoq̄ ꝓpter morbos et orbitates. Et q alios hoīes malignitate excedūt eos hac īfami appellatione nōm⁹. Sed de huiuſmodi diſpoſitione poſtea erit mētio faciēda. De uicio aūt dcm ē pus. De icōtinētia ꝓo et mollicie ac luxuria dicēdū eſt. At ſimul de cōtinētia et cōſtātia. Nō eī ſic accipiēdū ē q̄ſi utrꝗ ipſaꝝ ſit idē habitus q uirtus: et uiciuꝫ: nec etiā q̄ſi ſint aliud genus. Oportet ꝓo ut ī aliis ita ⁊ hic poſitis his q̄ apparēt ac dubitationibus pmo factis oſtēdē maxīe qdem oīa que ꝓbabi lia ſunt cca huiuſmodi affectus: aut certe plurima ipſorum atq̄

precipua. Si eiꝫ ſoluātur difficilia et relinquātur ea que ꝓbabilia uidētur ſufficiēter erit oſtenſum Videtur ergo cōtinētia et cōſtantia ꝓborū ⁊ laudabiliū eſſe. incōtinētia ꝟo ⁊ mollicies imꝓborum et vituperabiliū Idemq́ eſt cōtinens: et cōſtans in ratione. Ac icontinēs: et is q̄ rationem omittit Et icōtinens q̄dem ſciēs quia praua ſūt facit ꝓpter cupiditatē. Cōtinēs ꝟo ſciēs ꝙ cupiditates praue ſūt eas nō ſeq̄tur ꝓpter ratiōnē Et temperatuꝫ q̄dē cōtinētem: ⁊ cōſtantē ac talem. alii omnimodo temperatum: alii nō et ītemperatū icōtinentem: et icōtinentem ītemperatum promiſcue uocam9. Interdum ꝟo alios eſſe dicim9

Et ītēdū aiūt fieri nō poſſe et prudēs ſit icōtinēs. Intēdū ꝟo quoſdā prudētes et ſolertes icōtinētes eſſe Inſup incōtinētes dicuntur: et ire et honoris et lucri Ea igitur q̄ dicūt iſta ſūt

VERET aūt aliquis quomodo fieri poſſit ut quiſq̄ ſanē mentis icōtinēs ſit Dicunt q̄dā fieri nō poſſe in ſciēte. Nā difficile ē vt Socrates putabat ſi ſciētia adſit aliud quicq̄ preualere: ac ueluti mancipium ī ſeruituteꝫ trahere. Socrates eiꝫ contra icōtinētiaꝫ omīno pugnabat quaſi illa nō eſſet. Nemīnē ei intelligētem facere cōtra id quod optimū ſit. Sꝫ eos q̄ faciūt ꝑ ignorantiam facere At hec ratio manifeſte diſſentit ab his que apparēt ⁊ opportunuꝫ eſt de affectu inquirere: ſi per ignorantiam quis mod9 ignorantie fiat. Quod eiꝫ non putat qui incontinentia utitur priuſq̄ ī ꝑturbatione cōſtitut9 ſit manifeſtū

eſt Sunt qdam q ptim aſſetiūt. Socrati ptim nō aſſentiūtur Nam nihil eſſe potenti9 q̄ ſcientia cōfitent̄. Et ꝓpterea dicūt ī cōtinentem nō ſcientiā habentem: ſꝫ opinionem ſupari a voluptatibus Quod ſi opinio eſt ac nō ſcientia: neqꝫ firma exiſtimatio q̄ repugnat: ſꝫ remiſſa ut ī ambigentibus venia dāda eſt ſi nō pſiſtit in illis cōtra uehementes cupiditates. Ac prauati nō eſt venia: neqꝫ alteri cuiq̄ vitupabilium Prudentia igitur reſiſtente. Hec eiꝫ validiſſimū qddā eſt Ceterum abſurdū qa vn9 et idē erit ſimul prudēs et icōtinēs. Sꝫ diceret̄ nō eſſe prudent̄ ſpōte agē illa q̄ ſūt pua Et īſup oſtenſū ē pri9 prudētē ī agēdo ꝓſari. Nā extremoꝝ ē et alias habēs ꝓtutes Preťea ſi ī habendo cupiditates vehementes ꝛ imꝓbas cōtinens eſt: nō erit tempat9 cōtinens: neqꝫ cōtinens tempat9. Non eiꝫ eſt tempati vehementes habere neqꝫ imꝓbas. At idem qdem oportet. Nam ſi bone ſūt cupiditates: prauus eſt is habit9 q nos ab eaꝝ ꝓſecutione repellit. Itaqꝫ nō omnis cōtinentia ſtudioſa. Quod ſi imbecilles et non pue nihil egregium. Sin praue et imbecilles nihil magnū Preťea ſi ī omi opinione pſiſtē facit ꝯtinentia praua eſt vt puta ſi etiaꝫ ī falſa Et ſi ab omi opinione dimouere facit incōtinentia erit quedā incontinentia laudabilis. Vt ne ptholomeus ille apud Sophodem laudatur: qꝫ non pmaneat in his que ſuaſerat. Vlixes ꝓpter moleſtiam mentiendi Ideꝫ eſt ī captionib9 ſophiſtarū. Illi eiꝫ cum uideri uelint ſupra modum acuti: ac mirabilia q̄dā imꝓbare eoꝝ ſilogiſm9 inſolubilis

fit:ligatur eīȝ mēs cū acq̄ſcere nolit cōcluſioni nō placenti:nec ꝓcedere ulť valeat quoniā q̄admodū ſoluat nō babet  Contigit ꝟo aliq̄ ratione īprudētiaȝ cū īcōtinētia eſſe ꝟtuteȝ. Propter īcōtinētiam enim ꝯ̄ria faciet eoꝝ que cēſebat. Cenſebat aūt bona eſſe mala:nec agere illa oportere. Ita bona ⁊ nō mala aget

Inſup q uoluptates ex eo ſeq̄tur:et elegit qꝛ ꝑſuaſꝰ ē potior eſſe videbiť:q̄ id q nulla ductus ratione:ſȝ p īcōtinētiam facit Eſt eīȝ et ille ſanabilior quoniā diſſuaderi poteſt. At īcōtinēs ꝓuerbio ſubiacet quo diciť. Si aqua fauces excicat:quid iā portare oportet. Nā ſi ſuaſꝰ ageret:diſſuaſꝰ utiq̄ ceſſaret. Nunc ꝟo nō ſuaſus alia nibilominus agit  Preterea ſi cͤa omīa ē īcōtinentia:et cōtinētia quis eſt ſimpliciť īcōtinēs: Nullus eīȝ babet īcontinentias omnes:ſed dicimus eſſe quoſdam ſimpliciter

Dubitationes igitur q̄dā contingūt. Harū alique ſoluende ſūt alique relinquende. Nam ſolucio dubitationis inuentio eſt

Rimum igitur conſiderandum eſt vtrum ſcientes uel nō et quomodo ſcientes. Deinde circa qualia continentem ⁊ incontinentem ponere debemus. Dico utruȝ circa omnes voluptates et dolores an circa aliquas determinatas. Et vtrū ideȝ ſit continens et conſtans:an alius eodemq̄ modo de ceteris que pertinent ad banc queſtionem  Principium conſiderationis eſt vtrum continens:⁊ incontinens ſint in eo quod circa que uel in eo quod qualiter babentes differentiaȝ. Dico autem vtrum cͤca

hoc ſit icõtinẽs ſoluꝫ. Vel nõ: ſꝫ ex ambob⁹. Deinde ſi cca omĩa eſt icõtinẽtia et cõtinẽtia uel nõ Non eĩꝫ cca omĩa ẽ ſimplicĩ ter icõtinens: ſꝫ cca que itẽperans Nec ex eo quia ſimplicĩ ad hec ſe habet. Nã idẽ eſſet ꝙ itemperantia qa certo modo ſe habet. Ille qdem cũ electione ducitur putãs oportere ſẽper ſeq̃ pſentẽ voluptateꝫ hic autẽ non putat qdeꝫ oportere attamẽ ſe quitur Verum ꝓ illa qua tranſgredientes icõtinenter agũt opinio vera ſit an ſcientia: nihil refert ad preſẽs. Quidaꝫ eĩ ex his qui opinãtur non dubitant: ſed putant ſe ꝑ certo ſciꝛ. In eo igitur ꝙ remiſſe credũt qui opinãtur et ob hoc magis agunt cõ tra id quod cenſebãt agendũ nihil differt ſcientia ab opinione Naꝫ qdam ut Heraclitus oſtẽdit non minus opinioni credunt q̃ alii ſcientie Sꝫ cum dupliciter dicatur ſcire. Nã et qui ha bet ſcientiã et non vtitur et q utitur. Differentia erit ſi habẽs et non conſiderans agat que non oportet. Vel ſi habens et conſi derans: hoc eĩꝫ pergraue erit: ſꝫ non niſi conſideret Preterea cum duo ſint ꝓpoſitionum modi nihil ꝓhibet euꝫ qui ambas habeat agere preter ſcientiã. Vtẽdo vniuerſali: ſꝫ nõ ꝑticulari Nã agibilia ſingularia ſũt Differt etiã vniuerſale nã aliud in ſe eſt aliud i re: ceu cũctis hominib⁹ ſicca ꝓdeſſe: et hunc eſſe hominẽ uel hoc tale eſſe ſiccũ. Sꝫ ſi hoc tale aut nõ habet: aut nõ opatur ꝑ hos modos tãtum differt q̃ uix dici poteſt: ut uideatur nihil abſurdum quod iſto modo ſciat. Alio autem modo abſur dum Contingit etiã alio modo q̃ ſuꝑdictũ ſit habeꝛ ſciẽtiã.

Naʒ ĩ habẽdo:ſʒ nõ utendo uariũ cernim⁹ habitũ:ut ⁊ hab eat quodã modo:⁊ nõ habeat ceu dormiẽtẽ et ebriũ. Atq̃ ita diſpo nũtur q̃ ĩ ꝑturbationibus ſũt. Ire nãqꝫ et cupidines uenereoruʒ ac huiuſmodi quedã corp⁹ diſtrahũt manifeſte. Nõ nulles etiã ĩ furorem redigũt. Patet igitᷣ ꝙ dicẽdum ẽ ĩcõtinẽtes illos ſimi liter ſe habere Dicere aũt ꝓba ſciẽtie nullũ eſt ſignũ. Nã et in huiuſmodi ꝑturbationibus cõſtituti demõſtrationes et ꝟſus Empedoclis ꝓferũt. Et q̃ ꝑmo addiſcũt ꝓba cõplectunᷣ q̃dem ſʒ nõ dum ĩtelligũt Op⁹ ẽ eiʒ ut cognata nata fiat. Ad hoc aũt tẽporis ſpaciũ exigitur. Quãobrẽ ita exiſtimãdum ẽ dicerᷣ ĩcõtinẽtes queadmodũ eos q̃ ĩ ſcena recitãt Inſup ⁊ iſto modo quis naturalitᷣ inſpiciat cauſã. Alia ẽ vniũſalis opiacio. Alia ſingulariũ reꝝ q̃bus ſenſus iã dominatᷣ. Cuʒ aũt ex illis fit una neceſſe ẽ ut cõcluſioni hac q̃dem aſſẽciatᷣ anim⁹. et ĩ hiis q̃ factũ requirũt ſtatĩ agat. Ceu ſi omne dulce guſtare oportet hoc aũt dulce tãq̃ vnum aliquid de ſingularib⁹ neceſſariũ ẽ cũ q̃ poteſt nec ꝓhibetur ſimul et hoc agere Quando igitur vniuerſalis adeſt guſtare ꝓhibẽs. Sʒ hoc omne dulce iocũduʒ eſt. Hoc autẽ dulce opatur ſit ꝓpo cõcupiſcẽtia. Alia q̃deʒ dictat fugiẽdũ eſſe ſʒ cõcupiſcencia ducit. Poteſt enim quod licet mẽbrum moierᷣ. Itaqꝫ cõtingit ratione quodam modo et opinacione incontinen tem eſſe Non cõtraria ꝑ ſe ipſã ſed ꝑ accidẽs. Concupiſcẽtia eiʒ cõtraria ẽ rationi:ſʒ nõ opinacio Ac propterea beſtie nõ ſunt ĩcõtinentes:quoniam vniuerſalis apprehẽtionẽ nõ habẽt:

ſed ſingularium fantaſiaȝ:ac memoriã Quando aũt ſoluatur ignorãtia ac rurſ9 ĩcõtinẽs fiat ſciens eadem eſt ratio:ut ĩ ebrio et dormiẽte. Nec ꝓpria eſt huius ꝑturbationis que qdeȝ ratio a naturalibus diſcẽda eſt Cum ꝟo ultima prepoſitio iudiciũ ꝗ ſenſitiui et domina rerũ agẽdaꝝ exiſtat:hãc uel nõ habet ĩ ꝑturbatione cõſtitut9:uel ita habet ut ſe habeř neſciat. Sȝ ita dicit vt uioleti dicũt Empedoclis carmina et ob hoc etiã q̃a nec vniuerſale extrem9 termin9:nec ita ſcientificũ uideť ut vniuerſale et apparet id qđ tractauit Socrates euenire. Nõ cĩ ꝑſente illa que ꝓprie uidetur ſciẽtia fit ꝑturbatio nec illa trahitur ſupatꝗ a perturbatione: ſed ſenſitiua De ĩciente igitur et nõ ſciẽte et q̃admodũ contingat ſcientem ĩcõtineť agẽ hec dc̃a ſufficiãt

Trũ ꝟo quis ſimpliciť ſit ĩcontinẽs uľ omĩs ĩ aliquo et ſi ita c̃ca q̃lia deĩceps erit dicẽdũ Circa voluptates igiť et dolores ꝟſari cõtinẽtes et cõſtantes:ac ĩcontinentes:⁊ molles manifeſtũ eſt Sȝ eorum que uoluptatem efficiũt quedam ſũt neceſſaria:quedam ꝑ ſe expetenda. Verum tamen exceſſum habentia. Neceſſaria dico que ad corpus ꝑtinent qualia circa alimẽta et venereoꝝ ĩdigentia et alia huiuſmodi ad corp9 ſpectãtia circa que temperantiam poſuimus et ĩtemperantiam. Non neceſſaria ꝟo:ſȝ expetẽda dico ceu uictoriaȝ:honores:diuicias et huiuſmodi talia honoꝝ et delectabiliũ Qui igiť ĩ his vlť rectã rationẽ que in ĩpis eſt excedũt:eos nõ dici9 ĩcõtinẽtes ſim

pliſiter :ſʒ adiūgím9 pecuniarū ícōtinentes et lucri et honoris: et ire ſimpliciter aūt nō q̄ſi alios quoſdā et p ſimilitudinez dictos. Quemadmodū homo q Olympia uicerit. Naʒ illi communis ratio paꝝ differebat a ꝓria. Sʒ tamen alia erat Signū huiꝰ eſt ꝙ ícōtinentia uitupatur nō ut delictū ſolum: ſed ut vicium quoddā uel ſimpliciter uel ſecūduʒ aliquā ptem boꝝ aūt nullꝰ

Sʒ q c̄ca corporꝝ uoluptates in q̄bus poſſumus temperantez excedit uoluptates amplectendo: et dolores fugiendo famis: et ſitis: caloris: ⁊ frigoris: et omniū que ſūt ī guſtu et tactu nō per electionem: ſʒ pret̄ electionem et ītellectum ícōtinens dicit̄ nō ſecūdum aliquā additionem ut de ira diximus: ſed ſimpliciter

Signuʒ ꝓo et eiʒ uituperantes dicūt̄ c̄ca illas: ſʒ nō circa aliquam illaꝝ. Et propterea in eodem collocauim9 ícōtinentez ac ītemperantem: et cōtinentem ac temperantem. Sʒ nō illoruʒ quemq̄ q̄ō c̄ca eaſdeʒ quodā modo uoluptates doloreſq; eſſent. At hi ſūt c̄ca eadem: ſʒ nō eodem modo. Sʒ hi q̄dem eligūt: hi ꝓo non eligūt Quo c̄ca magꝫ utiq; diceremus ītemperantem quemq̄ uel nō cōcupiſcens: uel parū excedendo pſequit̄ uolupta tes: ⁊ fugit mediocres dolores: q̄ hūc q ꝓpter uehementes cupidi tates id agit. Nā quid ille facer̄t ſi adeſſet cupiditas iuuenilis et circa neceſſariorum indigentiam vehemens dolor Cuʒ ꝓo cupiditatum: ac uoluptatum: alie ſunt genere honeſtoruʒ et ſtu dioſoꝝ. Nā effitientiū uoluptatem q̄dā natura ſūt expetenda. Alia ꝯria boꝝ: alia medio vt pmo diſtixim9: ceu pecunia lucrū

victoria bonor ĩ cunctis talib9 :atq; ĩ mediis nõ uituperãtur ho
mines ꝙ afficiãtur ad illa ꝙ cupiãt :ꝙ amẽt. Sꝫ ꝙ ita vt medũ
excedãt  Quapropter quicũq; preter ratiõnẽ ĩcõtinent agũt
vel pſequũtur quicq̃ eorum que natura ſũt honeſta et bona vel
uti ſi ɔ̃ca honores magis q̃ oportet ſtudeant :aut ɔ̃ca filios :et pa
rentes. Nã et hec ſũt ĩ bonis ⁊ laudãtur q illis ſtudẽt. Sꝫ tamẽ
eſt ĩ illis exceſſ9 qdã ſi quis ut niobe certet cũ diis. Vel ut ſaty
rus q philopater dicitur circa patrem nimis eiꝫ ſanire videbat̃
Prauitas qdẽ igit̃ nulla eſt ɔ̃ca iſta. Propterea ut dixi9 unũ
qđq; eoꝝ p ſe expetẽdũ eſt :ſꝫ exceſſus ipſorũ impbi ſunt :atq;
vitãdi ſimiliter nec ĩcõtinentia. Naꝫ ĩcõtinẽtia nõ ſolũ fugien
doruꝫ eſt :veꝝ etiã uituperabiliũ  Sꝫ p ſimilitudineꝫ pturba
tionis addẽtes ĩcõtinẽtiam de vno quoq; dicimus veluti maluꝫ
medicũ malum hyſtrionẽ quẽ ſimpliciť nõ uocarem9 malũ. Vt
igit̃ nec hic ex eo ꝙa uiciũ nõ aliquod eoꝝ :ſꝫ ꝓpter ꝓportionẽ ſi
milem ſic videlicet et ibi accipiendum eſt incontinentiaꝫ et cõ
tinentiam eſſe illam que eſt circa eadem :circa que temperantia
et intemperantia de ira vero per ſimilitudinẽ dicim9. Itaq; cũ
dicimus incontinentem adiungimus ire :ac etiã lucri et honoris

Voniam ꝓo aliq̃ ſũt natura efficiẽtia voluptatẽ et borũ
alia ſimpliciť alia ſecũdũ genera :et animaliũ ⁊ hominũ.
Alia vero non ſunt :ſed pti ꝓpter morbos :ptiꝫ ꝓpť mores fiunt

ꝑtím ꝓpter flagicioſas naturas circa iſtorum. ſingula ſimiles cernunt habitus Loquor aũt de imanibus: ceu de muliere quã ferunt pregnãtium viſcera reſcindere pueroſq; comedere. Vel qd̃ dicit de quibuſdã efferatis gẽtibus circa pótuʒ. Alios crudis delectari. Alios humanis carnib9. Alios tradẽ natos adiuicẽ ut ĩ cõuiuiis comedãt. Vel qd̃ de Phalari dicit. Hi nãq; ſunt imanes Alii ꝓpter morbos et iſaniã ut ille q matreʒ immolauit: comeditq; et q cõſerui epar Hi ex morbo uel ex cõſuetudine: ueluti pilorũ euulſiones: et unguiũ eſus: ac preterea carbonũ et terre: ⁊ iſuper coitus maſculorũ Nam aliis natura: aliis ex cõſuetudine acci dunt ut a puericia cõſuetis Quibus igit̃ natura cauſa eſt eos nemo diceret icõtinẽtes ut etiam nec mulieres q nõ futuãt: ſʒ fu tuantur. Eodẽ modo et q iſane ſe habẽt ꝓpt̃ cõſuetudinẽ Ha bere igit̃ qd̃libet horum extra terminos ẽ uicii· Quemadmodũ et inmanitas Habentem vero continere ſe uel incõtinere non eſt ſimplicis incontinentie: ſed eius que eſt per ſimilitudinem: ut is q circa irã eodẽ modo ſe ht̃ icõtinens nõ ẽ dicẽdus Omnis eiʒ ſup excesſiua ꝑuitas: et emẽtia et timiditas: et itemperãtia et crudelitas aut imanitas ẽ aut morbi Nã q talis natura ex iſtit ut cũcta ꝑtimeſcat: et ſi ſorex obſtrepuerit timid9 ẽ timor quodã imai. Quidã ꝓo muſcipulã timebat ꝓpt̃ morbũ Et de mẽtiũ q nata ſine ratione ſũt et ſolũ ſẽſu uiuẽtes imanes ſũt ut qdã lõge barbarẽ nationis Alii ꝓpt̃ morbos uluti mẽt capti ⁊ iſa ni ex morbo Sʒ fieri põt ut quis it̃ dũ aliq̃ iſtorũ habeat ſolũ

at nõ ſupetur ueluti ſi phalaris cõcupiſcat puerum comedere:ac ſe abſtineat. Vel aduerſus irrationalem coitus libidinem. Fieri etiam poteſt vt nõ habeat ſolũ:veruꝫ etiã ſupetur. Vt igitur prauitas alia ſimplicit̃ dicitur:alia ſecũdum additionẽ veluti imanis:aut inſania ſic et icõtinẽtia eſt alia imanis:alia inſania Simplicit̃ aũt illa ſolũ que ẽ ſecũdũ humanã icõtinẽtiã. Eſſe igitur icõtinẽtiã et cõtinẽtiam cca illa ſolum cca que ẽ tẽpãtia et itempantia:⁊ qd̃ cca alia ſpẽs incontinentie dicta p ſimilitudinem et non ſimpliciter manifeſtum.

[Q]VOD aũt ſit minus turpis itẽperãtia ire q̃ itẽperãtia libidinis oſtẽdem9. Videtur ira qdeꝫ aliquid rationis obaudire tamẽ quẽadmodum miniſtri qui veloces ſunt priuſq̃ totum id quod eis dicitur audiant excurrunt:ac poſtea in agẽdo errant. Et quemadmodum canes antequaꝫ conſiderent an amicus ſit ſi modo ſtrepuerit latrant. Sic ita propter caloreꝫ et velocitateꝫ nature audiens quidem:ſꝫ non preceptum exaudiens properat ad ultionem. Ratio enim vel fantaſia iniuriam ceu cõtumeliã oſtendit. Ita ꝓo tanq̃ ratione ↄclud ẽs ꝙ huic tali repugnãdũ ẽ ſtatiꝫ iſurgit. At libido ſi ſolũ dixerit cogitacio uł ſenſus uoluptateꝫ effici properat ad fruitionẽ quãobrẽ ira ſeq̃t rationẽ quodam modo libido aũt nõ turpior ergo. Nam ire incõtinẽs a ratione quodã modo uincitur ille a cõcupiſcẽtia:ac nõ a ratione. Preterea naturalib9 deſideriis mag̃ ẽ venia ſi ſequatur.

Nam et talibus ꝯcupiſcẽtiis ꝙ omĩbus omnes comunes ſũt et in quãtum comunes. At ira et ĩdignatio naturalius quiddaꝫ eſt ꝗ libidines que exceſſiue ſũt: et nõ neceſſarie. Veluti qui ſe excuſa bat ꝙ patrem ꝑberaſſet. Nam et ipe inquit patreꝫ verberauit ſuum et ille rurſus ſuũ. Et q puerum oſtendẽs inquit: et hic cuꝫ vir erit me. Nã id nobis gẽtile eſt: ⁊ q trahebatur a filio ſiſtere precepit ante ianuã. Nam et patrẽ ſuũ eouſqꝫ a ſe eractũ fuiſſe

Preterea magꝭ iiuſti ſũt q occulte ĩſidiãt: iracũdꝰ ꝟo nõ ĩſidiatꝰ neqꝫ ita ſꝫ palã ẽ. Libido ꝟo ꝗ ut ꝺ venẽ aiũt doloſã ciprigenã ⁊ baltheũ lori: et fraus que abſtulit mẽtem ꝗuis multũ ſapiẽti. Quod ſi iiuſtior et turpior incontinentia hec ꝗ illa que eſt circa iram et ſimpliciť ĩcõtinẽtia et uitium quodaꝫ modo Adhuc nemo luxuriat dolens. Sꝫ q ꝑ iraꝫ facit dolens facit. Qui ꝟo lu xuriat cũ voluptate. Si igitur illa qbus magis iraſci iuſtũ ẽ ma gis iniuſta ſũt. Et incontinentia que propter libidinẽ fit. Non enim eſt in ira luxuria Quod igitur turpior eſt ĩcontinentia circa libidinem ꝗ circa iram: et ꝙ eſt ĩcontinentia et contĩnẽtia circa concupiſcentias: et voluptates corporis patet Harum vero ipſarum differentie ſunt omittende. Nam ut ab inicio di ximus. Alie ſunt humane ac naturales: et genere et magnitu dine. Alie inmanes inſtar beſtiarum. Alie ex morbo et orbita tibus Earum circa primas ſolum intemperantia eſt ac tem perantia Atqꝫ adeo beſtias neqꝫ tẽperatas neqꝫ ĩtemperatas dicĩꝰ niſi ꝑ ſimilitudinẽ: ⁊ ſi cui omino aliud ab alio differt gẽꝰ

animaliũ et ſinomoria: et icomedendo omnia. Non eniꝫ habent electionẽ neq; rationis diſcurſum: ſꝫ diſceſſerunt a natura: ecu inſani homines Eſt autem imanitas min9 q̃ vitium: ſed terri bilius. Non enim corruptum eſt id quod optimum ut i homine ſed pretermiſſum et non habet Quare per inde eſt ac ſi quis ianimatum comparet cum animato: vtrũ peius: Minus im pba enim ſemper prauitas eſt non habentis principium: Mens uero principium eſt Per inde eſt igitur ut comparare iniuſticiam ad hominem iniuſtum. Eſt enim in utrumq; peius. Melios eniꝫ plura mala faceret malus homo q̃ beſtia mala.

IRCA voluptates aũt et dolorẽs q ex tactu guſtuq; pue niũt cupiditateſq; et fugas i qb9 tẽpantiaꝫ et itẽpantiaꝫ ꝓſari determinauimus ẽ ita ſe habere ut ſupetur ab his que ple riq; ſupant. Eſt etiã ſupare illã a q̃bus pleriq; ſupantur Et horum cca uoluptates q̃dem alter icõtinẽs: alter cõtinẽs dicit̃. Circa dolores ꝓo hic mollis: ille cõſtãs. Inter hos aũt plurimoꝝ ſũt habit9: et ſi declinãt ad deteriores Sꝫ cũ uoluptatũ alie ſũt neceſſarie: alie nõ neceſſarie et uſq; ad aliq̃d. Exceſſus ꝓo nõ neq; defectus ſimilit̃ ſe habet cca uoluptates et dolores. Qui eĩ exceſſ9 uoluptatũ pſeq̃t̃ aut p exceſſũ aut p electioneꝫ et ꝑpter ipſos ⁊ nõ ꝑpt̃ aliud exide ꝓueniẽs itẽperans ẽ. Neceſſe ẽ ei hũc nõ eſſe talẽ ut peniteat. Itaq; iſanabilis ẽ. Alius i defectu huic oppoit̃. Medi9 ꝓo ẽ tẽpãs Similit̃ q fugit dolorẽs corpoꝝ nõ q̃a

ſupe͞t: ſed p electionem. Sed coꝝ q nō eligunt quidam dicunt ꝑpter voluptatem: quidam propter dolorꝫ fugam q ex cupidita te prouenit Quāobrez differunt inter ſe Omnes tñ diceret eſſe deteriorem: ſi nō concupiſcens aut p iram faciat aliquid ꝗpe ꝗ ſi ꝯcupiſcens vehementer: et ſi nō p iram percuſſerit ꝗ ſi irat9. Nam quid hic ageret ſi eſſet in perturbatione conſtitutus. Quo circa intemperans peior ē ꝗ incontinens. Supdictorū ergo alt̄a molliciei ſpecies mag's ē alter intemperans Opponitur autem incontinenti qdem continens. Molli vero conſtans. Nam ꝯſtā tia i reſiſtendo ē. Continentia vero in ſuperando. Eſt aūt aliud reſiſter̄ ꝗ ſupare. Quemadmodum non vinci ꝗ vince͞. Quocirca potior continentia ē ꝗ conſtantia Qui aūt deficit i his adū'ſ9 que pleriqꝫ reſiſtunt et ualet hic mollis et delicatus ē. Nam de licie mollicies ſunt quedaꝫ. Qui trahit togam ne laborem ſubeat tollendi et imitans egrotantem non putat ſe miſerum eſſe quuꝫ ſit miſero ſimilis. Eodem modo ſe hꝫ circa continentiam et incō tinentiaꝫ Non. n. ſi quis vehementibus exceſſiuuſqꝫ uolupta tibus aut doloribus ſuperatur mirandum ē ſed venia danda ſi ꝯ nitens ceu theodecti philotetes a ſerpente pcuſſus vel carini in alopocerciō: et ceu hi qui riſum tener̄ conati accumulatum amit tunt vt accidit cenophanto. Sꝫ ſiqs his quibus pleriqꝫ reſiſtere valent ſuccunbit Non ꝑꝑ́ naturā generis vel ꝑꝑ́ morbuꝫ ceu cytarum regibus mollicies ineſt ꝑꝑ́ gen9 quod tanꝗ effeminatū a virilitate receſſit Iocoſus quoqꝫ intemperatus eſſe videtur

Eſt autem mollis. Nam iocus relaxatio ē ſiquidez ceſſatio et excedentiū ī ea iocoſus incontinentie hoc qdem temeritas hoc aī infirmitas ē Nam alii conſultantes qdem nō pſiſtunt ī his q̄ ſtatuerant ꝓpt̄ aī ꝑturbatōnē. Alii ob id ipſum q̄re nō ꝯſultāt trahuntur a ꝑturbatione Quidā .n. ceu pretitillati nō titillātur ſic preſentiſciētes et preuidentes ac ſi ipſos rationemq; excitantes non vincunt̄ ab affectu neq; ſi voluptariū ſit: neq; ſi moleſtum Maxime vero acuti: et melancolici ob temeritatem incontinenter agunt. Illi qdem .n. ꝓpt̄ velocitatem hi vero ꝓpt̄ vehementiam nō expectant rationem ex eo qa fantaſie ſequaces ſt̄

Est autem intamperans vt dcz ē q̄lem poſtea nō peniteat Nā ī electione pſiſtit. Incōtinentē ꝓo oēz penitet Quaꝓpt̄ nō vt dubitamus ita ſe habet. Sz hic qdem ſanabilis ē. Ille aūt inſanabilis Aſſiſatur aūt vicium hydropici et ptiſici incontinentia uero epylenticis. Illa .n. continentia hec nō ꝯtinue ī probitas ē Et oīo aliud genus ē ꝯtinentie q̄ vicii. Nam viciū qdem latet. Incontinentia vero non latet Sz hoꝝ ipſoꝝ meliores ſunt qa ratione abſunt: q̄ qui rationem habent qdem ſed in illa non permanent: A minore aūt ꝑturbatione ſeparant̄ Et non inconſulte vt alii. Similis ē .n. incontinēs his q facile inebriant̄ et a modico vino ac pauciore q̄ pleriq̄ Q igit̄ incōtinētia non eſt vicium patet ſed aliquatenus fortaſſe. Nam hec quidem abſq; electione eſt: illud vero cum electione In rebus tamen

ſimilia ſunt ſeu demotici illud ī milleſios dictum. Milleſii qdē inſipientes nō ſunt faciūt tñ qualia inſipientes ⁊ incontinentes iniuſti nō ſunt iniuriatur tñ  Quum vero hic quidem talis ſit vt nō perſuaſus ſequatur corporis voluptates excedendo preter rectam rationē hic aūt pſuaſus: quoniam talis vt ipſas pſequatͬ Ille quidem facile remouebitur hic aūt nō nā virtus principium conſeruat vicium corrumpit ī rebus autē agendis principium ē cuius grā vt in mathematicis ſuppoſitiones. Neqꝫ illic igitur rō edoctiua ē pncipioꝝ neqꝫ hic. Sed virtus aut ex conſuetudine: aut ex natura recte ſentire faciens circa principium temperans quidē igitͬ talis ē intemperans vero huic contrarius  Eſt vero quiſpiā qui propter animi perturbationem diſcedit a recta rōe quem vt nō faciat ſcd̄m rectam rationem perturbatio vincit: ſꝫ eſſe talem ne ei pſuadeatur perſequi inpudenter opterꝫ huiuſmo di voluptates non peruincit: hic ē incontinens melior quidem q̄ intemperans nec penitus malus. Seruatur .n. principium quod optimum ē. Alius vero huic contrarius conſtans nec diſcedens propter pturbationē  Patet igitur ex hoc ꝙ hic quidem ſtudi oſus habitus eſt. Ille autem prauus

T rum ergo continens eſt qui in qualicunqꝫ ratione et qua licūqꝫ electione perſiſtit ꝟ q in recta. Et incontinens qui in qualicunqꝫ electione: et qualicunqꝫ ratione non permanet vel ī fſa rōe et elctōe nō recta ut pͥus q̄ſiuim9 vel per accn̄s q̄[illegible]

ſcd͂z ſe aũt ip̄z vera ratione et recta electione hic pſiſtit. Ille nõ perſiſtit. Si. n. qs hoc ꝓpt̄ hoc expetit et ſequit̄ p ſe ipſum hoc ſequitur et expetit p accidens uero prius ſimpliciter aũt dicim9 q͂d p ſe ip̄z. Itaq; ẽ in qualicunq; ſententia hic quidem pmanet ille dimouet̄. Sz ſimplicit̄ ĩ vera Sunt aũt q̄dã q preſtant ĩ ſẽtentia. Sunt vero quos vocant dure ſeruicis hoĩes vt q̄bus diffi cilit̄ ſuaderi aut diſſuaderi quicq̄ poteſt Hi aliq̄d ſimile hñt continenti ceu ꝓdigus liberali et temerarius forti. Sunt et alia multa huiuſmodi. Continens. n. ꝓpt̄ libidinẽ et cupiditatẽ non mutat ſententiam. Cum ĩ aliis q̄dem ſi accidant facilis ſit: ac p ſuaderi ſibi patiatur. hic at̄ nõ a ratione cũ cupiditatẽ aſſumãt et ducant̄ 9plures a voluptatibus. Sũt aut hi dure ſeruic̄ q ſui capit̄ ſunt et qui indocti et agreſtes. Illi q ſunt ſui capit̄ ꝓpter voluptatẽ et dolorẽ. Naz gaudent qñ pu̾cunt nec e ſententia dimouent̄ et dolent ſi eoꝝ ſententia irritet̄ ĩſtar publicoꝝ decretoꝝ. Quare mag̃ hi quidem incontinenti ſiles ſunt q̄ 9tinenti

Sed ſunt q̄dam q ĩ ſententia nõ perſiſtunt nõ tñ per incontinentiaz. Vt neoptolemus. Ille apud Sophonem quãq̄ ꝓpt̄ voluptatem non perſiſtebat ad honeſtum. Nam vera loqui pulcrũ illi videbatur ab Vlixe vero ſuaſus fuerat mentiri. Non. n. omnis qui ꝓpter voluptatem aliquid facit intemperans eſt aut prauus aut incontinens. Sed qui propter turpem voluptatẽ Cũq; ſit aliq̄s huiuſmodi vt min9 q̄ optet uoluptatibus corpoꝝ gaudeat nec ꝫ rõe pſiſtat hui9 et ĩcõtinẽt̄ medi9 ẽ 9tinẽs. Nã ĩcõtinẽs nõ

pſiſtit ĩ rõe ꝓpt̃ aliq̃d plus. hic aũt ꝓpt̃ aliq̃d minus. Cõtinẽs ꝓo perſiſtit: nec ob alteꝝ diſcedit Neceſſe ẽ aũt ſiq̃dẽ cõtinẽtia ẽ ſtudioſa utroſq; cõtrarios habitus eẽ prauos q̃madmodũ appa ret Verũ q̃ alteꝝ ĩ pauc̃ ⁊ raro ꝯſpicit̃ videt̃ ĩꝯtinencie ſolũ ꝯtinentia eẽ ꝯtraria q̃madmodũ ĩtẽpancie tẽperantia Cũ ꝓo multa dicant̃ p ſimilitudinẽ ⁊ ꝯtinẽtia tempati p ſimilitudinẽ ꝯſequuta eſt. Nã ꝯtinens talis eſt ut nihil pret̃ rõnẽ agat ob cor poreas voluptates: et tẽpatus Sed hic q̃dẽ habens hic aũt non habens ꝑuas cupiditates Et hic q̃dẽ talis ut nõ delectetur pt̃ racionem. Hic aũt talis vt delectetur q̃dẽ ſed non ducatur Si miles etiam ſunt ĩcontinẽs et ĩtemperans. Vtriq; .n. corporis vo luptates ſequuntur. Sed alter putans oportere alter nõ putans

Et fieri poteſt ut unus et idẽ ſimul ſit prudens et ĩcõtinẽs Nã ſimul prudentẽ ⁊ ſtudioſũ eẽ oſtenſũ ẽ Preterea nõ q̃a ſcit ſolum: ſed q̃a actiuus prudentẽ eſſe. Sed ĩcontinens non ẽ actiuus Enĩ ꝓo aſtutũ nihil vetat ĩcõtinẽtẽ eſſe. Ex quo fit vt nõ nũq̃ prudentes q̃dã incotinentes eſſe videantur. Queniã aſtutia vt ſupioribus libris diximus Ratione q̃dẽ ꝓpinq̃ ẽ. Sȝ differt ab ea ſecũdũ electionẽ Neq; porro ut ſciẽs ac proſ piciens ſed ut dormiens et vinolentus et volens quidem. Nã quodã modo ſciẽs et q̃d facit: et cuius gratia. Mal9 aũt nõ. Nã electio q̃dẽ bona ẽ Itaq; ſemimal9 et nõ ĩiuſt9. nõ. n. ĩſidiator

Nā ipoꝝ hic q̄dē nō ꝑſiſtit in his que ꝯſultando ſtatuerat. Hic aūt melancolicus oīo nō ꝯſultat Videtq̨ icontinēs ſiſis ciuitati q̄ oīa oportune diſcernat at leges hēat bonas: ſed illis nō vtatᷣ. vt Anaxādrides abiecit ingens ciuitas volebat cui nulla leguꝫ cura ē. Malus aūt ciuitati q̄ legibus vtitᷣ ſed malis Eſt aūt icontinentia et continentia circa id quod excedit multitudinis hītuꝫ. Hic. n. ꝑſiſtit. Ille aūt minus q̄ pleriq̨ valeant Sanabilior ē incontinētia illa q̄ melancolici incōtinent agūt q̄ illoꝝ q ꝯſultant quidem ſed nō ꝑmanent Et q ꝯſuetudine incontinētes ſunt q̄ q natura. Facilius ē. n. ꝯſuetudinē q̄ naturā mutarᷣ Nā ob id ipꝫ ꝯſuetudinē mutare difficile ē: q̄ nature aſſimilatur. Vt Eben9 inquit aīo inueteratū vſū ꝑmanē amice: Atq̨ eū tandē hoīb9 naturā eſſe. qd igitᷣ ſit ꝯtinentia et qd incontinētia et quid ꝯſtantia et mollicies: et quemadmodum hi hītus ad inuicem ſe habeant dictum eſt.

E voluptate aūt et dolorᷣ ei9 ē videq̨ circa ciuilē philoſofatᷣ Hic. n. faber atq̨ magiſter ē ei9 finis ad q̄ ꝓſpicientes vnū q̄dq̨ ł bonū ł malū ſimpliciᷣ dici9 Inſuꝑ neceſſariū ē de illis uidē. Nā virtutē moralē et viciū circa dolores et voluptates poſuimus Et felicitatē oēs fere aiunt cū voluptate eſſe. Itaq̨ beatū noīauerūt a gaudēdo Quibuſdā ergo uidetᷣ nulla q̄dem voluptas eſſe bonum nec per ſe ipſam neq̨ ꝑ accidens. Nō

enim eſſe idem bonum qđ voluptas. Aliis quedam videt̃ qdem ſed plurime eſſe praue:ẽ et boꝝ. tercium et ſi omnes ſint bonum tñ nõ recipi vt voluptas ſit ſummũ bonũ Quod oĩo qdẽ nõ ſit bonũ. Quia oĩs voluptas effectio ẽ ĩ nat̃aꝫ ſenſibilis. Nulla ꝓo effectio cognata ẽ finib9. Ceu nulla edificatio edibus Pretcrea temperans fugit voluptates Et prudens vacuitates doloꝝ ſe quit̃ non aũt voluptatem Preterea voluptates impediunt prudentiam et quanto maiores ſunt tanto magis quod in ve nereis patet. Nemo.n.dum in illis ẽ mente qcq̃ 9ſpicere põt.

Inſup uoluptatꝭ nulla ẽ ars. Omne aũt bonũ artꝭ ẽ opus Pre terea pueri et beſtie ſequũt̃ voluptates Quod ꝓo nõ oẽs ſint ſtudioſe qa ſunt t̃pes q̃dã et infames:et qa detrimenta afferunt Morbos.n.nõnulle ipſaꝝ gignunt Quod aũt nõ ſit ſummum bonũ uoluptas. Quia nõ finis ẽ ſꝫ effectio hec ſunt fere q̃ dicunt̃

Vod aũt nõ 9tigit ꝓpt̃ hoc nõ eſſe bonũ neq̧ optimũ ex his patet. p̃mũ igit̃ cũ bonũ dupliciť dicat̃ aliud ſiplr:aliud alicui et nature et habitus 9ſequit̃. Quare et motus et affectiões ſequẽt̃. Et q̃ p̃ue videt̃ ſimpliciť p̃ue alicui aũt nõ:ſꝫ expetẽde ſt huic. Quedã ꝓo ne huic qdẽ:ſꝫ q̃nq̧ puũ tp9 ſꝫ nõ expetẽde. Aliq̃ aẗ voluptates ne ſ t̃ qdẽ ſꝫ videt̃ q̃cũq̧ cũ dolore et medi cine gr̃a ſeu egrotãtiũ voluptates Preterea quũ boni hic qdẽ ſit act9 hic aũt hitus ſ̃m accidẽs q̃ 9ſtituũt natalẽ hitũ uolupta ria ſunt. Eſt aẗ actus in 9cupiſcentiis nat̃e:et hitus ſub dolentꝭ

quãq̃ eẽ ſine dolore et ꝯcupiſcentia ſunt voluptates veluti q̃ in ꝯtemplando fiunt nullo defectu naturã vrgente Signũ huius ẽ qđ nõ eiſdẽ rebus delectaẽ natura dũ repleẽ et dũ in ſtatu ẽ. Sed dũ in ſtatu ẽ ſimpliciẽ iocundis. At dũ repleẽ eẽ aduerſis. Nã et acrib9 et amaris gaudent quoꝝ nihil neqꝫ nãa neqꝫ ſimpliciẽ iocundũ ẽ. Itaqꝫ nec voluptates. vt. n. iocunda adinuiceꝫ ꝯſtituta ſunt ſic eẽ voluptates q̃ ab illis ꝓueniunt Preẽea nõ ẽ neceſſe aliud q̃ddã eſſe melius q̃ voluptas vt q̃dam aiunt finẽ q̃ effectionem. Non. n. effectiones ſunt neqꝫ cũ effectione oĩs. Sꝫ opationes et finis nec illis q̃ fiunt ꝯueniunt ſꝫ illis q̃ utuntur neqꝫ finis oĩuꝫ aliud q̃ddam ſed eoꝝ q̃ ducũt in perfectionẽ naturẽ. Quaꝓpẽ non recte dẽ ſenſibilem effectionẽ eſſe uoluptateꝫ Sed magis dicendũ ẽ operationem hĩt9 ſcđꝫ naturam et ꝑ ſenſibili ſine impedimento. Videẽ aẽ effectio q̃dam eſſe qđ ꝑncipſe bonũ q̃a opationẽ effectioneꝫ eſſe exiſtimant. eſt aẽ aliud Eſſe aẽ ꝑuas voluptates ex eo q̃a morbos gignunt voluptaria quedã deinde quia ſalubria q̃dã praua ad lucrũ. Hac igiẽ utqꝫ praua ſed nõ praua ſcđꝫ hoc. Nam et ꝯtẽplatio ĩterdũ obeſt ad ſanitatem Impedit ꝓo neqꝫ prudentiam neqꝫ hitum vlluꝫ voluptas ab vtraqꝫ prouenięns ſed aliene. Nam q̃ ĩ ꝯtemplatione et diſciplina magꝫ faciunt contemplari atqꝫ addiſcere Quod autẽ nõ ſit opus voluptas alicuius artꝫ rationabiliter contingit. neqꝫ. n. alterius opationis cuiuſq̃ ẽ ars ſed potentie licet unguẽtaria ars et coquinaria voluptas eſſe videaẽ fugere aũt tẽpatũ uoluptatẽ

et ſeq prudentem vacuitatem doloris ac pueros et beſtias ſequi eodem modo oīa ſoluuntur. Cuȝ. n. dictum ſit quomodo bone ſi plíciter et quomodo nō bone omnes voluptates et pueri et beſtie ſequūtur et haꝝ vacuitateȝ doloris. Prudens q̄ cū ꝯcupiſcentia ſunt et dolore et q̄ ſunt corporis. Tales. n. hec. Et. n. harū exceſ ſus ſecundum quas intemperans. Itaq3 tempērās fugit has. Nā ſunt et temperantis alique voluptates

T qui malum eſſe dolorem ac fugiendum confeſſum eſt. Hunc quidem ſuppliciter malum. Hunc vero quia impe dimentum affert fugiendo autem contra. Quia enim fugienduȝ eſt quid et malum bonum Nam ſolutio illa ſpeuſippi nō con uenit vt maius minori et equali contrarium. Non enim diceret idem quod malum eſſe quiddam voluptatem Nihil vero pro hibet voluptatem quandam eſſe optimum q̄uis ſint alique pra ue ut et ſcientia aliqua quibuſdam prauis exiſtentibus Forſā vero et neceſſariuȝ eſt ſiquidem cuiuſ libet habitus operationes ſunt et non impedite ſiue omnium operatio eſt felicitas ſiue ali cuius eorum ſi ſit non impedita eſſe ſumme expetendam. Ideſt autem voluptas. Itaq3 eſſet vtiq3 voluptas optimum. licet pra ue ſint multe voluptates ſi contingat ſimpliciē Ac ꝓpterea oēs beatā vitā putant eſſe iocūdā et īplicāt voluptatē felicitati rōnabiľr. nulla. n. opatio ſi īpediat̄ ꝑfecta ē felicitas at̄ ē ꝑfcorū Quapꝓpē indiget felix bonis corpoꝝ et extnis atq3 fortune ve

nō impediat̃. Qui aũt ĩ rota et calamitatib9 magnis ꝯſtitutū dn̄t eſſe beatū ſi bonus ſit vel volentes vel inuiti nihil dn̄t Quia uero fortuna indiget videt̃ qbuſdā eē ꝓſpitas ac felicitas quod nō ē. Nā et hec excedēs impedimentū affert: ⁊ forſan nō amplius ꝓſpitas noiāda ē. Nā eius t̃minus ē ad felicitatē Quod aũt et hoīes et beſtie voluptatē ſequūt̃ id ſignū ē voluptatē eē optimū fama uero nō oio uana ē quā ꝓpli multi decantant Sꝫ quū nō idē neq̧ natura neq̧ hītus opti9 neq̧ ſit neq̧ appareat nec eā voluptatē eādē oēs ſequūt̃: Tamē ſequūt̃ oēs uoluptatē Forte aũt ⁊ ſequūt̃ nō quā putāt neq̧ quā dicerent ſꝫ eādē cūcta. n. habent aliqd diuinū nat̃a Sꝫ accepunt nōis hereditatē corporee voluptates ꝓpt̃ freqntiā uſus et qa oīb9 coēs ſunt. Cū igitur ſole cognoſcant̃ iſte ſolas eſſe putant Patet igit̃ ꝙ niſi voluptas bonū ſit et opatio beata vita iocunda nō erit. Nā cuius gr̃a opus eſt illius ſiquidem nō bonū Sed et cū moleſtia agi vitam poteſt. Nec malum enim nec bonuꝫ dolor ſiquidē nec voluptas Itaq̧ cur fuget̃. Neq̧ ſane dulcior uita ſtudioſi niſi ei9 opatiōes

E uoluptatib9 aũt corpis ꝯſiderādū ē dicētib9 ꝙ qdā uoluptates uehement̃ amplectēde ſ t̃ ut puta ille q ſ t̃ honeſte ſꝫ nō corpee et ċca q̄s itēpās Cur igit̃ dolores his ꝯrii ſ t̃ mali nā bono malū ꝯriū ē Vel ita bone q ſ t̃ neceſſarie qa ⁊ nō malū ē bonū Vel uſq̧ ad aliqd bone hītuū. n. ⁊ motiuū quorūq̧ nō ē melioris exceſſus neq̧ voluptatis quorūcūq̧ autem ē et voluptat eſt

Sed corporaliũ bonoꝝ ẽ exceſſus ꝛ malus ẽ q ſeqꝫ exceſſũ. Sed nõ neceſſarias. Cuncti enĩ quodãmodo gaduẽt epulis et vino et venereis ſꝫ nõ ut debẽt. Cõtꝫ ĩ dolor. Nõ. n. exceſſũ fugit ſꝫ oĩo Nõ. n. ẽ exceſſus contrius dolor ſꝫ perſeq̃nti exceſſuꝫ Quoniã aũt nõ ſoluꝫ veꝝ dicere oportet ſꝫ etiaꝫ cauſã falſi. Nam id ad fidẽ faciẽdã ptinet. Nã quãdo ratio ꝯſpicitur ꝓpꝫ quã videbatꝫ verũ quod nõ ẽ verũ facit vt uero magꝭ ẽdatꝫ. Itaq̧ dicẽdũ ẽ q̃re videtꝫ corporꝭ uoluptates magꝭ expetere. Primũ ergo qa dolorẽ pellũt ꝛ p exceſſũ dolorꝭ q̃ſi medicinã q̃ndã uoluptatẽ exceſſiuã ſequuntꝫ ac penit⁹ corporalẽ. Vehementes autẽ fiũt medele q̃ ꝓpꝫ eas ſequũtꝫ quia aduſarii videntꝫ Nec ſtudioſum quid uidetꝫ uoluptas ꝓpꝫ hec duo vt dictũ eſt quoniã alie quidẽ praue natꝫe ſũt act⁹ aut ex genitura q̃madmadũ beſtiaꝝ aut ex cõſuetudine ut prauoꝝ hominum. Alie medele quia indigentis et habere melius q̃ ſit. Alie accidunt eoruꝫ que perficiuntur per accidẽs igitꝫ ſtudioſe Sequuntꝫ etiã illas quia magnam vim hñt q̃ndo ꝓpꝫ alias letari non valent. Itaq̧ ſibi ipſis fames aliquas machinantꝫ qñ igitꝫ ſine nocumento irreprehẽſibiliter. Quãdo autem cum nocumento praue. Non enim habent alias quibus gaudent. Neutrum uero multis doloroſum eſt propter naturam. Semper enĩ laborat animal vt naturales teſtãtur ſermones et uidere et audire doloroſum eſſe dictantes. Sed conſueti ſumus ut aiunt Similiter in iuuenta qdem ꝓpter incrementũ ceu uinolenti diſponũtꝫ et iocũda res ẽ iuuẽta Melãcolici ꝓ o nã ſẽp egẽt medicina. nã

corpus quidem abroditur et in hoc eſt continue ꝓpt̄ cōplexionē ac ſemp̄ ī vehementi appetitu exiſtunt. Pellit aūt voluptas dolorem: et que contraria ē et que coutingēs modo ſit vehemens et ob hoc intemperati ac mali fiūt Que vero ſine dolore ſunt nō hn̄t exceſſum. Sunt aūt hec ex his q̄ natura iocunda ſunt et non per accidens Dico aūt per accidens illa q̄ medentur. Quia.n. contingit mederi patientem ſano agente aliquid ob hoc iocūdū eſſe videtur Natura aūt iocunda que faciunt operationes talis nature Nullū aūt iocundū ſemp̄ idem ē: qa nō ſimplex eſt natura nr̄a ſed ineſt quid aliud ſecundum qd̄ corruptiua itaqꝫ ſiquid aliquid agat hoc alteri nature aduerſatur. Quū vero eq̄t neqꝫ moleſtum videtur eſſe id qd̄ fit neqꝫ iocundū Nam ſi alicuius natura ſimplex ſit idem actus iocundiſſimꝰ erit. Quāobrē deus ſemp̄ vna atqꝫ ſimplici gaudet voluptate. Non.n. motus dūtaxat ē opatio. Sed immobilitas: et uoluptas magis in quiete ē q̄ in motu Variatio aūt res oīum dulciſſima ſecundū poetam propter neqciam q̄ndam. Vt enim neq̄ homo facile variat: ſic et natura uarietatis indigens. Non.n. ſimplex neqꝫ eq̄bilis De continentia igitur et incontinentia et de voluptate et dolore dictum eſt et quid ſit vnum quodqꝫ ipſorum: et quomodo alia ipſorum bona ſunt alia mala Reliquū ē vt de amicicia dicāꝰ

p Oſt hec ꝯſeq̄ns erit de amicicia tr̄ctare . Eſt. n. uirtꝰ q̄dā vł cū virtute Res īſup ſūme neceſſaria ī uita ſine amicꝗ. n. nullꝰ eligēt uiuē licet cūcta poſſidēt alia bona. Nā ⁊ locupletes et ī dignitate ac ſūma potētia ꝯſtituti plurimū amicꝗ indigē vident̄. Quid. n. prodeſſet talis proſperitas ſi beneficii conferendi auferat̄ facultas. Quod maxime fit comendat̄qꝫ int̄ amicos Vel quomodo cuſtodirent̄ ſ uarēt̄qꝫ ſine amicꝗ. Cū q̄nto plura illa ſint tāto magꝗ pic̄lo ſubiacent In paupertate quoqꝫ ac reliqs calamitatibus vnicū putāt in amicis eſſe refugiū Et iuuenibus ad compeſcendos errores. Et ſenibus ad curam obſeruationem auxiliumqꝫ illaꝝ reꝝ q̄ illis deſunt ꝑpt̄ imbecillitatē. Florentibus aūt ad res preclaras: duo ſil̄ euntes. Nam et in cognoſcendo et in agendo potentiores erūt

Naturaqꝫ ineſſe videt̄ ad id qδ genitū ē ei qδ genuit. Et ad id qδ genuit: ei qδ genitū ē Nec id ī hoībꝰ ſolū veruꝫ etiā ī auibus, et pleriſqꝫ aīantibus ⁊ eiuſdem generis int̄ ſe ac maxime hominibus. Ex quo fit vt eos hoīes q erga ceteros beniuoli ſunt laudibus efferamꝰ. Intueri licet ī erroribus oēꝫ hoīeꝫ amicū et familiarē homini eſſe Videt̄ ciuitates quoqꝫ amicicia continere. Et legis latores magꝗ circa illā ſtudent q̄ circa iuſticiam. Concordia . n. quiddam amicicie videtur eſſe. Huic autē maxime legum latores intendunt. Diſcordiam vero vt rem inimicam expellunt

Et amici ſi ſint nihil op9 eſt iuſtitia. At ſi ſint iuſti nichilominus eis opus eſt iuſticia. Et iuſtorum maxime amicabilitas videtur eſſe Nec ſolum res neceſſaria eſt amicicia: verum etiam honeſta Nam eos qui erga amicos afficiuntur laudamus. Et copiam amicorū vnam aliquam honeſtarum rerū eſſe dicimus. Sūt eciam q putent eoſdem viros bonos et amicos Sed accidūt circa illam dubitaciones non pauce. Nam alii poſuerūt eſſe eam ſimilitudinem quandā et amicos ſimiles. Itaqꝫ aiunt ſimilem ad ſimilem & cornicem et talia quedā Alii contra oēs hui9modi inter ſe 9nexos eſſe aiūt Atqꝫ de his altius naturiuſqꝫ ꝑquirūt. Euripides qdem ingens amare imbrem terrā arefactā. Amare formoſū celū ibre graueſcēs pluē i t'raꝫ. Et Heraclit9 uiciſſitudinariā 9modītatē et ex diuiſis pulcherrimā 9uenīētiā et oīa ꝑ litē fieri. Aduerſus hos et alii multi. Et empedocles. Nā ſiſe: ſiſe appete. Hec igit' naťalia obmittam9. Nō. n. ſ t ꝓpria preſenti ſpeculationis. Quod ꝓo ad hoīes et ad mores ꝑtinēt ea diſcutiam9: ceu vtrū i oib9 ſit amicicia ł i aliis hoīb9 locū nō hꝫ. Et vtrū amicicie ſit ſ pes vna ł plures Qui. n. ſpeꝫ unā eē putāt ex eo qa recipit mag' et min9 nō ſufficiēti argumēto ducūt. Nā et illa q̄ alia ſunt ſpecie magis et minus recipiunt de quibus ſuperius dcm ē

Atebit id aūt ſi amabile iſpiciat' nō oē. n. videt' amari: ſꝫ qd amabile ē. Hoc aūt eſſe bonum aut iocundum aut vtile. uidet' uticꝫ eē utile id ꝑ qd efficit' bonū aliquod aut uoluptas

Quare amabile vtiq3 erit bonum et iocundum vt finis Vtrum igitur bonum amant an id quod ipſis ſit bonu3. Diſcordant. n. quandoq3 iſta. Eodem modo circa iocundum Videtur autē bonum quiſq3 amare ſibi et eſſe ſimpliciter quidem amabile bonu3 Cuiq3 autem quod cuiq3 eſt Amat uero quiſq3 non quod bonū eſt ſ3 quod videtur Nec quicq̄ id refert. Erit enim amabile apparens Cūq3 tria ſint illa p q̄ amant in natura qdem inanimato4 nō dr̄ amicicia. Non. n. ē in illis reciprocus amor neq3 voluptas illorum boni Nam ridiculū fortaſſis ē vino bonum velle ſed ſaluum eſſe cupit vt habeat ipſe. At oportere aiunt amico bona velle illius gr̄a Et qui ita volunt bona eos beniuolos appellant. Et ſi non idem ab illo rependat. Beniuolentiam enim ī rependentibus amiciciam eſſe Vel adiungendum eſt non latētem. Multi. n. beniuoli ſunt erga illos quos nunq̄ uiderunt quos eos viros bonos eſſe putant ⁊ vtiles: at que hos idem fortaſſe aliquis illorum viceuerſa facit. Amices vero quomodo quis vocet latentes quemadmodum ſe inuicem habeant Opus ē igit̄ vt intelligant vtq3 beniuolentia ſit mutua nec latens ipſos propter vnum aliquod predictorum

Ifferūt hec at̄ ſpecie iter ſe et amores et amicicie. Sunt at̄ illa4 ſpecies tres cū totidē ſint amabilia. In ſingulis enim mutua ē dilectio nō latēs. q uero ſe mutuo amant bona ſibi iuicē cupiūt hac q̄ amāt Qui igit̄ ꝑpt̄ vtilitatē ſe diligūt nō ſe ipos

diligũt ſ; q̃a ex ſe ipſis aliq̃d ꝑueñt bonũ. Eodẽ modo q ꝓpt̃ uti litatẽ. Nõ.n.q̃a tales q̃dẽ ſũt facetos amãt ſ; q̃a ſibi iocũditatẽ afferũt. Et q ergo ꝓpt̃ utilitatẽ amãt bonũ q̃rũt ſui:et q ꝓpt̃ vo luptatẽ iocũditate ſui mouent̃ nõ q̃ his ẽ q amatur:ſed quia uti lis aut iocundus. Sunt itaq; huiuſmodi amicicie ſecundũ accidẽs Non.n.q̃ talis ẽ amat9 hac amatur ſed qua afferunt hic q̃dẽ bo num aliquod:hi autem voluptatem Itaq; tales amicicie facile diſſoluunt̃ nõ ĩ eodẽ permanentibus. Nam ſi nõ amplius iocun di aut vtiles ſint amare deſiſtunt vtilitas vero nõ ꝑmanet. Sed alia alias ẽ. Ceſſante igitur eo propter q̃ amici erant ceſſat et a micicia vt pote illis inixa Videtur autem huiuſmodi amicicia maxime fieri in ſenibus. Non.n.voluptatem hi ſequuntur:ſed commoditatem Iuuenes quoq; et vigentes quicunq; vtilitati ſue ſtudent. Nec ſane hi multum inuicem verſantur et interdũ iocundi nõ ſunt. Itaq; nemo eoꝝ conuerſatione indigent ex q̃b9 non prouenit vtilitas. Eatenus.n.iocundi ſunt quatenus ſpem aliquã habeant boni In his ⁊ hoſpitalitiam collocarunt A doleſcentium vero amicicie voluptatis cauſa inſtitute uidentur Nam amant ſecundum affectum: et maxime id ſequuntur quod voluptatẽ ĩ preſentia afferat Verum id ſimul cum etate mutat̃ Ex quo fit vt fiant amici citoq; deſiſtant. Nã ſiſ̃ cũ voluptate amicicia mutat̃. at uoluptatꝭ ſcelerꝭ ẽ mutatio Et ad mores ꝓni ſũt iuuenes nã amatoria ꝑ affectũ et uoluptatẽ plurimũ fit. itaq; amãt ⁊ cito deſiſtũt ſepe eadẽ die ꝓpoſitũ mutãtes. delectãt̃ at hi

conuerſatione et uſu· nam per hunc moduꝫ amicicia fruunt̄ Per fecta ꝓo eſt amicicia bonorum uirorum et uirtute ſimilium inter ſe Hi namq; ſibi bona ſimilit̄ mutuo uolunt q̄ ſunt boni· Sunt autem boni p ſe ipos Qui ꝓo amant amicos illorum cauſa: Hi ſunt maxime amici p ſe ipos enim ſic ſe habent et non p accidens

Permanet igit̄ talis amicicia q̄ diu ſunt boni uirtus autem res pmanens eſt Et eſt uterq; ſimpliciter bon9 et amico· nam boni ſimpliciter boni ſunt et inuicem utiles· eodem modo et iocundi Boni enim iocundi ſunt ſimpliciter ad inuicem· Vnicuiq; enim uoluptati ſūt ꝓprie res et tales bonoꝝ· aūt tales uel ſimiles Ta lis ꝓo amicicia merito durabilis eſt. Nam complectit̄ omnia q̄ i amico eſſe oportet· Omnis enim amicicia ꝓpt̄ bonum eſt aut ſim plicit̄ aut amanti et ſcd̄m ſimilitudinē q̄ndam· huic aūt omnia ſupdicta inſunt p ſe ipos· nam huic ſimilia et reliq̄ quoq; ſimpli cit̄ bonū uel iocundum ſimplicit̄ eſt Maxime ꝓo hec ſūt amabi lia et amare et amicicia in his maxime eſt atq; optima Sunt at̄ hec amicicie merito rare· naꝫ et q tales ſūt pauci admodū repiūt̄

Pretea 9ſuetudine indiget et tp̄or· nam iuxta ꝓubiū p9 ſal il lud de quo dr̄ comedēdū eſt q̄ ſe cognoſcē poſſit· hec ante recipi endū ē eos eſſe amicos q̄ alt̄ alt̄i dign9 amicicia fid9q; appeat ¶Qui eīꝫ ꝓpe amicicias 9ſtituūt amici qd̄ eſſe uolūt ſꝫ nō ſūt ni ſi digni ſint amari ⁊ id cognoſcat̄· uolūtas ei amicicie celerit̄ fit ſꝫ non amicicia Hoc igit̄ ⁊ tp̄ore et reliqs pfecta eſt et fit per hec omnia et ſimilia utriq; ab utroq; quod oportet amicis exiſter̄

VE uero gracia uoluptatis eſt amicicia ſimilitudinem hu
ius habet. Nam boni inuicem iocundi ſunt. Eodem modo
et que propter utilitatem. Nam tales mutuo boni ſunt Maxi
me aūt in his amicicia permanet cum equalitas ſeruatur quemad
modum uoluptas et non ſolum ſic ſed ab eodem ceu facetis et non
ut amatori et amato. Non enim hi eiſdem rebus delectantur
Sed ille quidem aſpectu gaudet amati. hic autem obſequio ama
toris. Deſinente uero etatis flore et amicicia frequenter deſinit
Nam huic aſpectus non amplius iocundus eſt. Illi autem non p̄
ſtatur obſequium Sunt item qui permanent ſi ex conſuetudi
ne mores comprobarunt et ſimiles ſunt Qui uero non uolupta
tem ſꝫ utilitatem in amoribꝰ commutant hi et minꝰ ſunt amici
et permanent Qui autem ꝓpter utilitateꝫ ſunt amici ſimul cū
utilitate mutant̄. Nō eniꝫ amicos ſꝫ utilitatē amabant Prop
ter uoluptatem igitur et utilitatem malos contingit eſſe amicos
inter ſe et bonos malis et neutrum cuicunqꝫ Propt̄ ſe ipſos aūt
conſtat ꝙ ſolos bonos. Naꝫ mali quidem non gaudent ſe ipis ni
ſi aliquod ex inde proueniat commodum Solaqꝫ bonoꝝ amici
cia ſine querela eſt. Non enim facile eſt quicq̄ credere aduerſus e
um quem multo tp̄re cōꝓbauit pſuaſitqꝫ aīo nunq̄ iniuriatū et
q̄cunqꝫ alia munera amicicia req̄runt̄. at in aliis nihil uetat talia
fieri. nā cuꝫ hoīes etiaꝫ illos uocent amicos q ꝓpt̄ utilitatem quē
admodū ciuitates. uidēt̄ eiꝫ ciuitates ſocietates īſtituer̄ utilitatꝫ

gracia et qui propter uoluptatem ſe mutuo diligunt quemadmo dum pueri. Oportet fortaſſe et nos huiuſmodi homines uocare a micos Species igitur amicicie plures ſint ſed prima atq; preci pua eſt bonorum uirorum quia ſunt boni. Relique uero per ſimi litudinem. Qua enim bonum aliquod aut ſimile ea amici. Nam quod uoluptatē afficit id eſt bonum quoddam his qui uolupta tem amant. Non autem multū coniunguntur he. Nec fiunt idē amici propter utilitatem ac uoluptatem. Non eniz multum com binantur ea que ſunt ſecundum accidens. In has ſpecies amicicia diuiſa inter malos erit propter uoluptatem uel propter commo ditatē. In hos ſimiles exiſtentes inter bonos aũt ꝓpt̃ ſe ipſos. naz qua ſunt boni et boni quidem amici ſimpliciter: mali uero ſcd̃m accidens et per ſimilitudinem

T aũt in uirtutib9 alii ſcd̃z habitũ alii ſm actuz boni di cunt̃ et ſic in amicicia. alii uſu comuni delectant̃ et benefi cia conferunt. Alii dormientes et loci diſiuncti non agunt ꝗdez ſz ſic ſe hñt ut amici ager̃. loca eiz non diſſoluũt amiciciã ſimpli cit̃ ſz actionē Q̃ ſi diut̃nior ſit abſencia obliuionē amicicie in ducer̃ uidet̃. vñ id natũ ē dictuz Multas amicicias ſilenciũ di rimit Nõ uidet̃ aũt neq; ſenes neq; difficiles et q̃ruli ad amiciciã apti qm̃ paꝝ illis ē uoluptat̃. nemo eiz ꝑõt illi9 familiaritate uti q moleſtiã afferat neq; illi9 q non ſit iocund9. maxīe aũt uide tur nãa moleſtiam fugere et id aſſiſtere quod efficiat uoluptatē

Qui autem ſeſe mutuo recipiunt nec tamen ſimul uiuunt hi beniuolis magis ſimiles ſunt q̄ amicis Nihil enim tam eſt amicorum: q̄ ſimul uiuere nam utilitatem quidem egeni expetunt. At ſimul uiuere etiam beati. His enim minime conuenit ſolis uiuere Conuerſari autem ſimul non eſt niſi ſint iocundi et tales qui eiſdeꝫ rebꝰ delectentur quod ſodalicia habere uidetur Maxime quidem igitur eſt amicicia bonorum uirorum ut iam ſepiꝰ dictū eſt. Videtur autem amabile et expetibile ſimpliciter bonum et iocundum cuiqꝫ autem quod ſibi eſt tale bonus autem bono propter hec utraqꝫ Similiter eſt amacio quidem affectui. Amicicia vero habitui Nam amatio non minus ad res inanimatas eſt [illegible] amore uero reſpondetur cum electione. Electio autem ab habitu eſt Et bona uolunt his quos amant illorum gracia. Non ſcd̄m affectum ſed ſecundum habitum Et amantes amicum id amāt quod ſibi eſt bonum. Nam ſi bonꝰ eſt amicus bonum eſt qua eſt amicus. Vterqꝫ igitur amat ſibi bonum et par reddit uoluptati et iocunditati. dicitur enim amicicia equalitas. Maxime uero illi que eſt bonorum hec exiſtunt

N difficilibus autem et ſenibus minus fit amicicia quanto difficiliores ſunt et minꝰ uſu ceterorū gaudent. Hec enim maxime uident̄ amiciciā ꝯtinere et facere. Quapꝑ̄ iuuenes qdeꝫ cito amicicias ꝯhūt. at nō ſenes. nō eīꝫ fiūt amici his qbꝰ non delectant̄. Siſr̄ nec hi q ſūt difficiles. ſꝫ tr̄es beniuoli qdem ſunt

Inter ſe naꝫ appetunt commoditates et propmti ſunt ad utilita
tem Amici ꝓo non multū ſunt· Quia non familiaritate nec mu
tua conuerſatione gaudent· Quod maxime uidet̄ amicicia facere
Plurib⁹ úo eſſe amicum ſcðm ꝑfectam amiciciam non dat̄ què
admodum nec amare plures Eſt ſimul exceſſus q̄dam uidet̄. Hoc
aūt ad unum fit Multis ꝓo uni uehementer placere non facile
eſt forte etiam nec bonum eſſe uidetur Et expimentum accipe
et conſuetudine fieri quod ſumme difficile eſt ꝑpter utilitatem
ꝓo et uoluptateꝫ multis placere q̄s pōt Multi eiꝫ tales et bre
uis obſeq̄a temporis Hoꝝ ꝓo magis uidetur amicicia que pro
uenit ex uoluptate quādo eadeꝫ ambob⁹ fuerit ꝙ ſcilicet mutuo
delectentur. atq̄ eiſdem reb⁹ quales ſunt iuuenū amicicie Ma
gis enim in his ingenuitas eſt. Que úo ꝑpter utilitatem negocia
torum Beati uero non indigent utilitate ſed iocunditate. Vo
lunt enim habere aliquos quoꝝ uſu delectentur. Moleſtiaꝫ uero
paruo ſuſtinent tempore. Continue autem nemo ne bonum quið
tollerat ſi ſibi moleſtum eſſet Itaq̄ amicos querunt iocundos
Oportet autem et bonos huiuſmodi eſſe etiam ipſis. Nam ſic il
lis abſunt cuncta que adeſſe debent amicis Sed in dignitate
conſtituti homines bifariam uidentur amicis uti. Quidam eniꝫ
illis utiles ſunt quidam uero iocundi. Vtrumq̄ uero hiideꝫ ſint
ꝑraro ꝯtingit Nā neq̄ iocundos ꝑ ūtuteꝫ q̄rūt. nec utiles ad
honeſtatem. ſꝫ iocūdos q̄deꝫ ad uoluptateꝫ expetūt. aſtutos úo
ad negocia explicāda. hec aūt raro fiūt in eodeꝫ Nā ſit̄ iocūduꝫ

et utilem diximus eſſe ſtudioſum Sed ſuper excellenti non fit talis amicus niſi uirtute ſuperemineat. aliť ũo non adequat ꝓporcionem is q̄ inferior eſt nec frequenter conſueuerunt tales exiſtere Sunt igiť he amicicie de quibus dicim9 in paritate. Eadem enim fiunt ambobus et inuicem uolunt uel alterum pro altero cõmutant ceu uoluptatem pro utilitate. Que ꝟo minus ſunt he amicicie et ꝑmanent dictuz eſt prius Videtur autem propter ſimilitudinem et diſſimilitudinem eiuſdem eſſe ac non eſſe amicicie. Nam ꝑ ſimilitudinem eius uidetur amicicie que eſt ſecũdum uirtutem. Nam ea quidem uoluptatem continet. Iſta ꝟo utilitatem. Hec autem exiſtunt et illi. Verum ſtabilitate et ſecuritate qꝫ he cito intereunt aliiſqꝫ ꝑmultis differunt non uidenť amicicie propter illius diſſimilitudinem

ST ⁊ alia ſpẽs amicicie ſcꝫ maioritatem. uelut patri ad filium et ſeniori ad iuniorem uiroqꝫ ad uxorem et gubernatori oĩ ad euz q̄ gubernať Sz differunt hec inť ſe. nam neqꝫ eadem eſt patribus ad filios Magiſtri ad ſubditos. Quinimo nec patri ad filium nec filio ad patrem. Neqꝫ uiro ad uxorem uxori ad uirum Alia eĩm cuiqꝫ iſtorũ uirt9 et op9 Alia etiaz ꝓpť que amant. alie ergo dilectiones et amicicie Eadez igiť non fť utriqꝫ ab alťo. nec certe queriť. ſz quotiens filii ꝑentib9 illa tribuunt que oportet et parentes filiis firma ⁊ equalis eſt amicicia

Correſpondentem ꝓo in omnibus que ſecundum maioritatem ſꝫ amicicie dilectionem eſſe oportet ueluti meliorem magis diligi ꝙ diligere et utiliorem et aliorum quecunqꝫ ſimilit̃. Quando eiꝫ ſecunduꝫ dignitateꝫ diligitur tunc fit quodammodo equalitas qđ porro amicicie uidet̃ eſſe Non ſimilit̃ equale in amicicia ⁊ in iuſticia ſe habere uidetur. nam in iuſtis quideꝫ primum illud equale eſt quod eſt dignitate. Secundum uero illud quod eſt q̃ntitate in amicicia uero id qđ eſt quantitate primo eſt loco. qđ uͦ eſt dignitate loco ſecundo. Patet auteꝫ ſi plurima diſtancia fiat uirtutis aut uicii aut diuiciarum aut alterius rei. Non enim amplius ſũt amici nec dignũ id putant Manifeſtiſſimũ eſt id in diis quoniam hi plurimum omnibus bonis excellunt Patet etiam in Regibus. non enim illos dignantur amicicia qui ualde ſũt humiliores Necqꝫ optimus et ſapientiſſimus eos qui nullius ſꝫ precii In his ergo nullus prefixus eſt terminus quouſqꝫ amici Multis enim ablatis amicicia adhuc manet. Q̷ ſi magnus ſit exceſſus ceu deorum ad homines nõ amplius permanet Vnde dubitatur an interdum non optanda ſint amicis maxima bona puta ut dii fiant quoniam non amplius eſſent amici necqꝫ ſimpliciter bona. Nam amici quidem bona Q̷ ſi recte dictuꝫ eſt amicum amico bona cupere illius gracia manere oportet qualiſcunqꝫ is eſt. Vt homini igitur maxima bona optabit Sed forte non omnia. Nam ſibi ipſi quiſqꝫ maxima bona cupit

IDENTVR pleriq̧ ꝑ ambitionem amari magis uelle q̄ amare · Ex quo fit ut multi adulatores ament · Inferior eiꝫ amicꝰ eſt adulator uel fingit qdem tale qddam · Et magis amar̄ q̄ amari   Amari uo proxime uidetur accedere ad honoratione̅ quod ſane pleriq̧ appetunt   Nec honorem per ſe aliter expete̅ uidentur ſed ꝑ accidens gaudēt eiꝫ multi cum ab his q̄ in poteſ tatibꝰ conſtituti ſunt honorantur ſpe ducti ꝙ putant ſi quid o pꝰ ſit ab illis impetraturos · ut igitur ſigno bone affectionis gau dent honore · Qui uero a bonis uiris et ſcientibꝰ appetunt hono rari opinionem ſui confirmare deſiderant · Gaudent igit̄ ꝙ boni ſunt credentes loquentium iudicio   Amari autem per ſe ipſuꝫ gaudent   Quapropter uideretur potius utriq̧ eſſe q̄ honorari et amiciciam per ſe ipſam eſſe expetendam   Videtur auteꝫ ma gis in exhibendo amorem q̄ in recipiendo conſiſtere   Signū hu ius eſt ꝙ matres amare gaudent · Quedaꝫ eiꝫ filios dederunt tol lendos et amant ſcientes · Amari vero nō querunt ſi utraq̧ fieri nequeant · Sed ſatis illis uidetur ſi uideant in proſperitate con ſtitutos · Et amant ipſe licet illi non ualeant matri que oportet tribuere ꝓpt̄ ignoranciam   Cū uͦ amicicia in amando magis ꝯſiſtat et amantes amicos laudemꝰ amicoꝝ uirtꝰ uidet̄ eſſe ama re · Itaq̧ in qbꝰ hoc ita fit ut debet hi firmi ſunt amici   Et ho ruꝫ amicicia eſt per hunc modum inequales quoq̧ maxime erunt amici · Naꝫ equari poſſunt · Et equalitas ac ſimilitudo amicicia

Stabiles enim per ſe ipſos exiſtentes et inuicē manent et neq̄ indigent improborū neq̄ talia miniſtrāt. Sed ut ita loquar etiā phibent. Nam bonorū eſt neq̄ ipos delinquere neq̄ ipos pmitter ſibi miniſtros eſſe Mali ho firmitatem non habent. neq̄ eiꝫ ſibi ipis ſimiles pſeuerant et puo tpore ſunt amici gaudentes mutua prauitate Sed qui ſunt utiles et iocundi magis durant. q̄ enim afferāt inuicem uoluptates aut utilitates Ex contrariis uo maxime uidet̄ fieri ea amicicia q̄ eſt ꝑpt̄ utilitateꝫ ut pauper diuiti et indoct9 ſapienti. Cui9 enim qſq̄ indiget id exoptat aliud p alio affert Ad hanc qs trahat amatorem et amatum ē pe et pulcrum Quappt̄ amatores interdū ridiculi uident̄ dignum putantes ſe amari quemadmodum ipi alios amant. nam ſi ſimilit̄ dignos fortaſſe exigendum eſt ita amari q̄ ſi non ſint tales ridiculū Forte uo neq̄ appetunt ꝯrium contrarii p ſe ſed p accidens deſiderium aūt medii eſt hoc eniꝫ bonum puta ſicco nō fieri molle ſed ad mediū deuenire ſimilit̄ et calido et aliis Hec igit̄ delinquantur quoniam alieniora ſunt

IDETVR eiꝫ ut ab inicio dixim9 circa eadē et in eiſdē eſſe amicicia et iuſtuꝫ. in omni ſocietate uidet̄ eſſe iuſtū ꝛ amicicia Itaq̄ et eos qui ſimul nauigant et eos q̄ una militant amicos uocant. Eodemq̄ modo in aliis ſocietatib9 q̄ten9 communicant eatenus eſſe amicicia. Nam et iuſtum et prouerbium amicorum comunia recte. In comunione enim amicicia ē Sunt enim

fratribus cõmunia omnia. Ceteris ꝓo diuiſa et aliis plura aliis pauciora. Nam et amiciciarum alie plus alie minus Differũt etiam iuſta. Non enim eadem parentibus ad filios et fratribus ad fratres neqꝫ ſodalibus et ciuibus. Eodemqꝫ modo in aliis amiciciis. Alia igitur ſunt et iuſta ad ſingulos iſtorum. Et augmentum ſuſcipit ut magis ad amicos ſunt. Puta grauiꝰ eſt ſodali pecuniam auferre q̃ ciui. Et non ferre opeꝫ fratri q̃ extraneo et pulſare patrem q̃ q̃uis alium incrementum ſuſcipere ſimul uidentᷓ Amiciciaqꝫ et iuſtum ut pote in eiſdẽ exiſtencia et equaliter ꝓcedentia Omnes autem ſocietates ꝑtibus ciuilis ſimiles eſſe uidentur. Congrediuntur enim in aliqua proprietate cõmoditate parantes aliquid eoruꝫ que ad uitam pertinent ciuiliſqꝫ et ſocietas cõmodi gracia iniri durareqꝫ uidetᷓ. Hoc enim et legum latores coniectura ſequuntur et iuſtum eſſe aiunt quod cõmuniter ꝓſit Alie igitᷓ ſocietates particulare cõmoduꝫ appetunt Vt naute quidem nauigandi ad parandas diuicias aut aliq̇d tale Milites uero bellandi aut pecunię aut uictorie aut capiende urbis cupidi. Eodem modo contribules et populares Sunt et ſocietates quedam que uoluptatis gracia inſtitute uidentur. ut in his q̇ Thiaſontes et eraniſte uocantur. He naꝫqꝫ ſacrificii et cetꝰ cauſa fiunt. Omnes autem huiuſmodi ciuili uidentᷓ ſubeſſe. Non enim preſentem utilitatem ciuilis querit ſed ad totaꝫ uitã Et qui ſacra faciunt et illorum cauſa cetus inſtituunt diis honorem tribuunt et ſibi ipſis requieꝫ cuꝫ uoluptate parant. Vetuſta eiꝫ

ſacra et cet9 poſt fructuum preceptionem ordinata uidentur. q. premicie quedam. Plurimū enim per id tempus ocio indulgebāt Omnes igitur ſocietates partes ciuilis eſſe uidentur. Sequent̄ uero tales amicicie ſocietates

Dminiſtrandarum uero ciuitates tres ſunt ſpecies totidē etiam exceſſus et quaſi labes ipſarum. Sunt autem he regnum et optimorum ciuium poteſtas. Terciam a cenſu cenſuariā apellari conuenit. Quam plerique popularem uocant Haruȝ oīum optima eſt regni. deterrima uero popularis Transgreſſio autem regni tirannis eſt. In utraque enim unus gubernat Sed plurimum inter ſe differunt. Tirann9 enim propriuȝ querit cōmodum. Rex vero eorum qui ab eo reguntur. Non enim eſt rex niſi per ſe ſufficiat et cunctis bonis excellat. At qui talis eſt nullius indiget. Non ergo hic querit utilitates proprias ſed eorum qui ab eo reguntur. Qui vero non eſt talis potitus rerum eſſet utique q̄ rex Tirannis vero huic contraria eſt. Proprium enim ſequitur commodum. Et in hoc quod deterrima ſit patet. Nam peſſimum optimo contrarium eſt. fit autem tranſgreſſio ex regno ī tirannidem. Eſt enim tirannus prauitas regni Prauus autē rex tirannus efficitur Ex optimatib9 autem ad paucorum potenciam fit tranſgreſſio gubernatorum prauitate qui rem. pu. preter dignitatem gubernant et cuncta aut plurima bona ad ſe trahunt et magiſtrat9 ſemper eiſdem ad diuicias comparandas plu

rimuꝫ intendentes. Ex quo fit ut pauci dominentur et mali pro bonis Ex his uero q̨ in ſenſu habent̃ ad multitudinem fit trãſgreſſio. Sunt eiꝫ he finitime. Nam et cenſim multitudinis eſſe uolunt et omnes in bonore equales. Minime aũt praua eſt multitudinis gubernatio. Quia pum admodum tranſgreditur gubernande ciuitatis ſpeciem. Mutant̃ igit̃ maxime p hunc modũ res ꝑ pu. Nam ſic paulatim et facilime labunt̃ Earum ſimilitudines et. q. exẽpla in domib9 quoq̨ licet intueri Naꝫ patris ad filium ſocietas regni inſtar habet. Patri enim cura eſt filiorum Hinc et Homerus Iouem patrem appellat. Paternum eniꝫ impium uult eſſe regnum q̃q̃ apud pſas tirannicum eſt. Quoniam filiis pinde utunt̃ ut ſeruis Tirannica uero eſt dñi ad ſeruos. Agitur eniꝫ in illa domini utilitas. Hec ergo recta uidetur. Perſica ũo erronea. Naꝫ diuerſoruꝫ diuerſa impia Viri aũt et uxoris ſocietas ei ſpẽi ſimilis uidet̃ q̃ optimates gubernãt. Pro dignitate uir preſidet et in his que uirum decent. Que ũo uxori congruunt: hec illi tribuit. Q. ſi in oĩbus rebus dominari uelit uir ad eam ſpeciem tranſgreditur que eſt paucorum potencia. Pret̃ dignitatẽ eniꝫ ſibi arrogat et non q̃ melius eſt Interdum quoq̨ uxores ipſe preſident quaſi rerum potite. Non igitur per uirtutem preſtant ſed per diuicias et potenciam quemadmodum cum pauci rem publicam obtinent. Fratrum uero ſocietates ei ſimiles uidentur que eſt in ſenſu poſitorum. Pares enim ſunt niſi quantum etatibus differunt itaq̨ ſi plurimum etatibus diſtent

non amplius uidetur fraterna amicicia Multitudinis uero gubernatio maxime in his domibus conſpicitur que ſunt ſine domino. Ibi namq; omnes ex equo et in quib9 imbecillis eſt princeps et unicuiq; licencia

N una quaq; ſpecie rerum publicarum amicicia uidetur ī quantum et iuſtum regi ad eos qui ab eo reguntur in maioritate beneficii. Prodeſt enim illis ſi quidem bonus exiſtens eam habet curam ut qui ab eo reguntur quam habeant optime ut paſtor ouium. Vnde et Homerus paſtorem populorum uocat Agamenonem Talis eſt paterna Differt autem magnitudine beneficioruʒ cũ eſſendi cauſa ꝑmaxima uideatur nutriendiq; et erudiendi progenitoribus hec tribuuntur Natura enim imperium obtinet pater filiorum et progenitores deſcendentium vt Rex eorum qui in regno ſunt Sunt autem in maioritate amicicie iſte. Itaq; genitores honorantur. Eſt iuſtuʒ igitur in his nõ illud idem ſed ſecundum dignitatem. Naʒ et ſic amicicia Et uiri ad uxorem eadem amicicia et in ea ſpecie que eſt optimatũ. Nam ſecundum uirtutem et meliori plus boni et congruens ſingulis. Sic autem et iuſtum Fratrum uero amicicia ſodalicie ſimilis uidetur pares eniʒ et coetanei tales ergo affectibus et motibus ſimiles ſunt vt plurimum ſimilis eſt huic et illa que eſt ſecundum cenſuʒ. Pares enim ciues eſſe uolunt et inter ſe mites in parte vero dominari et ex equo ſic igitur ꝛ amicicia In tranſgreſ

ſionibus autem quemadmodum et iuſtum ſic et amicicia Ext gua eſt ac minime in ea que eſt deterrima. In tirannide enim ni hil eſt amicicie aut paruꝫ In quibus enim nulla eſt ſocietas im peranti et parenti nec amicicia eſt. Neqꝫ enim iuſtum ſed quale artifici ad organum et anime ad corpus et domino ad ſeruum iu uantur enim hec ab his qui utuntur amicicia uero non eſt ad ina nimata ne qꝫ iuſtum ſed neqꝫ ad equum uel beuem neqꝫ ad ſeruũ qua ſeruus. Nihil enim comune eſt. Nam ſeruus animatum eſt organum. Organum vero inanimatus ſeruus. Qua igitur ſeruꝰ non eſt ad illum amicicia ſed qua homo. Videtur enim eſſe quid dam iuſtum cuiqꝫ homini ad hominem cum quo ſocietas eſſe pōt legis pactionis et amicicia. Igitur in quantum homo. Perparum vero tirannide amicicie et iuſtum In optimatibus plurimum Multarum enim rerum ſocietas eſt his qui pares ſunt

N ſocietate igitur omnis amicicia eſt ut diximus Diſti guet utiqꝫ aliqs conſanguineā et ſodaliciā. Ciuiles uero ⁊ contribules et connauticie et huiuſmodi ſociabiles uidentur ma gis. Veluti enim per conuentionem quandam eſſe uidentur. Inẗ has quis collocet hoſpitaliciam Conſanguinea autem uaria ui detur totaqꝫ a paterna pendere. Parentes eniꝫ amant natos qua ſi ſuum quiddaꝫ exiſtentes. Nati vero parentes ut ab illis quid exiſtentes Magis auteꝫ ſciunt genitores qui ex ipſis ꝙ genita

quia ab his   Et magis coniungitur id a quo illi quod genituꝫ eſt q̄ id quod gignitur ei qui fecit·Id enim quod ex ipſo proximum eſt ei a quo ut dens et crines et quod uis ei quod continet Illorum nulli a quo uel minus   Magnitudine quoqꝫ temporis Nam hi ſtatim genitos amant· Illi vero poſt tempus cum genitorum ſcienciam uel ſenſum preceperint   Ex his etiam patet cur matres amant magis   Parentes enim natos amant ut ſe ipſos   Qui enim ex ipſis ſunt ueluti alteri ipſi ſunt ſepati Nati vero parentes ut ab illis orti   Fratres vero ſe mutuo amant quoniam ab eiſdem nati ſunt·Idemtitas enim ad illos idẽ inuicem facit· Itaqꝫ aiunt eundem ſanguinem eandem ſtirpem et talia quedam·Sunt igitur quodam modo idem licet diuiſi

Magnum preterea eſt ad amiciciam educatio et etas·Equales enim equalem et familiares ſodalis·Quapropter fraterna amicicia ſodalicie ſimilis eſt   Nepotes vero et alii cognati ex iſtis ꝯiunguntur quoniam ab eiſdem ſunt· Sunt autem alii magis coniuncti alii minus ut proximi uel remoti ſunt a ſtirpe   Eſt aũt ad ꝑentes amicicia natis· Et hominibus ad deos ut ad optimos et maioritate preſtantes· Maxima enim hi beneficia contulerũt cum eſſendi educandiqꝫ cauſa ſint natoſqꝫ erudiendi   Talis autem amicicia uoluptatem et utilitateꝫ magis continet q̄ extraneorum quanto in ipſis uita ſociabilior   Eſt autem in fraterna quemadmoduꝫ in ſodalicia et magis in humanis ac penitus ſimilibus quanto coniunctiores genere exiſtentes ſe mutuo diligunt

et quanto magis ſimiles moribus ſunt qui ex eiſdem orti ac eadẽ educatione diſciplinaq; inſtituti et temporis comprobatio pluxima ac firmiſſima Eodem modo in ceteris cognatis ſunt ea que amiciciaz faciunt Viro autem et uxori amicicia uidetur ſecundum naturam exiſtere Homo enim natura eſt coniugabile magiſq̄ ciuile quanto prius ac magis neceſſarium eſt domus q̄ ciuitas et procreatio filiorum comunius amabilius Aliis igitur in tantuz ſocietas eſt Homines autem non ſolum procreationis cauſa coeunt ſed eoruz quoq; gracia que pertinent ad uitam. Cõfeſtiz eniz diſtinguntur opera et alia ſunt uiri alia mulieris. ſufficiunt igitur inuicem proprias res in comuni ponentes Quare et utilitas et in hac amicicia uerſari uidetur erit etiaz per uirtutem ſi boni ſint. Eſt enim utriuſq; uirtus et gaudebunt utiq; ſimili Filii vero connexus quidam eſſe uidentur. Itaq; hi qui ſine liberis ſunt facilius diſſoluuntur. Filii enim ambobus cõmune ſunt bonum. Continent autem ſocietatem Quemadmoduz vero ſe habere debet uir erga uxorez et omnino amicus erga amicum nil aliud uidetur querenduz niſi quomodo iuſtum non uidetur. Idem iuſtuz amico ad amicum neq; ad extraneum et familiarem et diſcipulum

VM ergo triplex ſit amicicia ut ab initio dictum eſt et in alia ſint amici pares et in alia ſecundum excellenciam

Nam et ſimiliter boni fiunt amici: ꝛ melior peiori: eodẽq; modo et iocundi: et propter utilitatẽ adequãtes commoditatibus et differentes Pares quidem ſecundum paritatem. Oportet et in amore et in ceteris adeq̃re. Impares vero ſecundum racionē excellenciis concedere Fiunt igitur incuſaciones et querele in ea amicicia q̄ eſt vtilitatis gracia contracta: vel ſola: vel maxime et merito quidem. Nam qui per uirtutem amici ſũt bene facere mutuo properant. Hoc enim uirtutis ē et amicicie. Ad huc autē certatiꝫ tendentibus nulle exiſtunt querele neq; rixe. Nam adũſus amantem et beneficia conferentem neq; conqueritur. Sed ſi ſit gratus beneficiis reſpondet. Qui vero in dando et beneficia conferendo exuperat id aſſeq̃tur quod cupit non ſuccẽſebit amico. Nam vterq; bonum appetit Nec eciam nimium in his q̄ propter voluptatem cum ſimul ambobus id proueniat quod optabant: ſiquidem mutua conuerſacione gaudent Et. n. ridiculum eſſet ſi quis quemq̃ incuſaret ꝙ ſibi iocundus non ſit cum liceat illo non vti At illa que propter vtilitatem eſt querelis ſubiacet. Cum enim ſe mutuo pro utilitate vtantur ſemper plus querũt et minus q̄ decet ſe habere exiſtimant ꝛ queruntur ꝙ non tanta reportent quanta deberent pro ſua dignitate amici vero non ſufficiunt ad tam multa conferenda Videtur autē ut duplex eſt iuſtum aliud ſine ſcripto aliud legibus. Sic ea amicicia que propter vtilitatem eſt partim moralis eſſe partim legittima: Fiunt autem incuſaciones tunc maxime: cum non per

eandem commutant:et diſſoluūtur. Eſt autem legittima in dictis partim omnino forenſis de manu in manum partim liberalior ad tempus. Sed per pactionem quid pro quo. Eſt autē in hac manifeſtum quid debeatur: nec ambiguum ſed amicabilem habet dilacionem. Qua propter quibuſdam horum non ſunt iudicia: Sed putant oportere contentos eſſe qui ſecundum fidem contraxerunt Moralis vero non eſt in dictis: ſed ut amico donat vel aliud aliquid facit dignum putat ut ipſe tantum uel plus ab illo conſequatur quaſi non donauerit: ſed commodauerit: nec ſimiliter commutans et diſſoluens incuſat Idq; ex eo accidit q vel omnes uel magna pars uolunt quidem honeſta: ſed ante ponunt utilia honeſtum eſt bene facere nulla ſpe recipiendi. Vtile vero bene accipere. Et qui poteſt reddenda ſunt que accepit ſecundum dignitatem. Idq; ſponte agendum. Inuitum autem amicum non faciendum quaſi errauerit in principio et beneficiuz acceperit a quo non oportebat. Non enim ab amico: neq; ob hoc ipſum agente id. Vt igitur in dictis beneficio accepto diſſoluendum eſt: et quaſi conuenerit reddere ſi poterit: ſi non poterit: nō eſſe cogendum. Itaq; reddendum eſt ſi habeat facultatem Conſiderandum eſt ab inicio a quo quis accepit: et cuius gracia vt ſic vel ſuſcipiat: uel non Habet autem dubitacionem vtrum accipientis utilitate metiri debeat beneficium. Et iuxta illam rependi: an iuxta illi9 q contulit q eīm capiunt attenuantes: q dez illa talia ſe accipe dicāt q̄ parua erāt his q ꝯtulerūt et licebat ab

aliis accipere. Illi vero vice uerſa maxima eorum que penes ſe erant: et que ab aliis conſequi non poterant et i periculis: atq̃ huiuſmodi neceſſitatibus An igitur cum vtilitatis cauſa ſit amicicia eius qui accepit: vtilitas menſura eſt. Hic eſt eniꝫ qui ĩdiget: et ſatis ẽ vt tantũdeꝫ ferat. Tantum igit̃ fuit beneficium q̃tuꝫ iſte accepit utilitatis. Et reddendũ ẽ igitur tãtũ quãtum ipſe accepit aut etiam plus. Id eniꝫ honeſtius eſt. In ea uero que eſt per uirtuteꝫ ĩcuſationes non ſunt. Menſura auteꝫ uidetur cõferentis electio virtutis eniꝫ: et moris ĩ electione vis eſt

Iſferunt autem in his amiciciis que ſunt ſecundum excellentiam. Vterq̃ enim dignum putat ut ipſe plus habeat Quando autem id fit diſſoluitur amicicia Nam q melior eſt putat oportere ut ipſe pl9 habeat. Bono enim plus eſſe tribuendum eodem modo et utilior eum enim qui ĩutilis: ſit equum habere non cenſet. Famulatum quidem eſſe: non amiciciã ſi non p̃ dignitate operum erũt illa que ſũt in amicicia. Putãt enim quẽadmodum in pecuniaria ſocietate plus capiunt hi qui plura cõtulerũt. Sic oportere ĩ amicicia Inops ꝓo et ĩbecillis ꝰ amici eſſe boni ſubuenire egẽtib9. Nã quid ꝓdeſt ĩquiũt ſtudioſo uł potẽti eſſe amicũ ſi nihil ſiꝫ conſecut9. Videtur aũt uterq̃ recte putaꝛ̃ et oportere utriq̃ pl9 tribuere ex amicicia: ſꝫ nõ ex eadẽ re. Sꝫ excellẽti pl9 honorꝝ ĩopi ꝓo pl9 cõmodi Virtutꝝ ẽi et beneficii p̃miũ ẽ honor. Indigẽtie ꝓo auxiliũ ẽ lucrũ. Sic aũt ſe id

habere et i rebus. pu. patet. Non eiꝫ honoratur qui nihil boni ciuitati facit. Publica enim tribuũtur ei qui publice bene facit Honor aũt publicum quid eſt. Non enim eſt ex re. pu. ſimul lucrum et honorem ſuſcipere. Nam in omnibus minus habere ſe ſuſtinet nemo. Qui ergo in pecuniis minꝰ reportat ei honorem tribuunt. Et qui munera non capit ei pecunias. Quod enim fit ſecundũ dignitatẽ equat: et ſuat amiciciam ut dictum ẽ Sic igitur et illis qui impares ſunt conuerſandum eſt: et ei qui ad pecunias utilitatem facit aut ad ꝟtutem honor eſt tribuendus reddendo id quod poteſt Nã amicicia poſſibilitatẽ requirit non ſecunduꝫ extimationem. Neqꝫ eſt in omnibus ut in honoribus deorũ et parentuꝫ. Nullus eiꝫ ꝓ dignitate unq̃ retribuere poteſt: ſꝫ qui pro facultate id agit bonꝰ eſſe uidetur. Quapropter uidetur utiqꝫ non licere filio patrẽ abdicare: ſꝫ patri filiuꝫ Debitum enim reddendum eſt. Sꝫ qui nihil facit dignuꝫ rebus fecit. Itaqꝫ ſemper eſt debitor. Quibꝰ auteꝫ debẽt poteſtas eſt dimittẽdi: et patri igit Simul aũt fortaſſe nullꝰ uidebit deſticiſſe niſi excellẽti prauitate. Nã et ſine naturali amicicia humanum eſt auxilium non negare. Huic autem fugienduꝫ eſt: aut nõ ſtudendũ prauo auxilium ferre. Nã bene accipere multi uolũt facere aũt fugiũt: ut iutile. De his igitur eatenꝰ dcm ſit.

IN cunctis autem diſſimilium ſpẽrum amiciciis proportio adequat :ſeruatq; amiciciam :vt dictum eſt. Quemadmoduʒ et in ciuili ſutori pro calciamentis textoriq; et reliquis repenſio fit ſecunduʒ extimationẽ Ad hoc igitur repertus eſt numus comunis menſura ad queʒ omnia referuntur :et quo omnia extimantur In amatoria ꝟo interdum amator queritur: ꝙ ipſe ſupra modum amans non amatur nihil habens fortaſſe:quod amore ſit dignuʒ. Sepe etiaʒ is qui amat̃: ꝙ ille ab inicio multa pollicit⁹ nihil perficiat. Eueniunt aũt hec cuʒ alter propter voluptatẽ amat amatuʒ. Alter propter vtilitateʒ diligit amatoreʒ atq; ea non exiſtunt ambobus. Naʒ cuʒ propter hec ſit inter eos amicicia quando illa non adſunt quoruʒ gratia ſe amabant diſſoluitur. Non enim ſe ipſos amabant. Sʒ illa que aderant. Ea ꝟo ſtabilia non erant. Itaq; et huiuſmodi amicicie ſtabilitateʒ non habent. Sʒ que moraliũ eſt per ſe exiſtens durat ut dixim⁹ Oritur etiaʒ inter eos indignatio. Quoniã alia fiũt ac nõ illa q̃ ſibi optabãt. Perĩde ẽ ei ac ſi nihil fiat quãdo nõ potiũt̃ optatis ut is qui ꝯducto cytharedo pollicit⁹ ẽ ⁊ quãto melius caneret tãto maiora poſtridie ꝓmiſſa poſcẽti ꝓ uoluptate:uoluptatẽ reddidiſſe iquit. Si igĩt̃ vterq; hoc uoluiſſet:ſatis ĩd eſſet. Sin ꝟo hic demulceri voluit ille pecuniã capere:et alter habet ꝙ uoluit:alter nõ habet:nõ bene ſe habet quãtuʒ attinet ad ſocietatẽ. Quorũ eĩʒ indigẽs eſt illis ĩtẽdit:et huiſmodi gratia hec dabit Sʒ utruʒ dãtis ẽ an

accipientis extimationez ponere. Naz qui primo dat videtur
illi pmittere quod aiunt: et Pithagoraz ſeruaſſe. Cum eniz do
cuerat extimare diſcipulos iubebat quanta ſibi uiderentur illa
que ab eo didiſciſſent. Tantumq̄ accipiebat. In talib9 ꝓo qui
buſdam ſatis eſt illud: merces aūt viro  Sz qui pecunias acci
piunt pri9 ac deinde nihil eoꝝ que promiſerant efficiunt prop
ter magnitudinez promiſſorum merito aduerſus eos querele ſi
unt. Non eiz adimplent promiſſa.. Hoc fortaſſe facere compel
luntur ſophiſte. Quoniam nemo dat pecunias pro his que ſciūt
Hi ergo pro quibus rebus pecunias acceperunt eas res nō adim
plentes merito culpantur  Sz in q̄bus non ſit conuentio opeꝝ
qui propter ſe ipſos exhibēt ſine querela ſunt. Talis eſt eī illa
que ꝑ ꝓtutez fit amicicia. Remuneratio facienda eſt ſecunduz
electionez. Hec eīz amici atq̄ ꝓtutis eodē modo uidetur facien
duz phie preceptorib9. Non eī numis ea res extimat̄ nec preci
um equiualens repetitur. Sz forte ſatis eſt quemadmodū erga
deos et erga parētes quātū quis poteſt exhibē  Non tali aūt
exiſtēte dationē: ſz i al. quo maxie forte oportet redditionē fieri
q̄ uideatur utriq̄ fieri ſecūdū dignitatē. Quod ſi id cōueniē nō
pōt nō ſolum neceſſariū: ſz etiā iuſtū uidebit̄ eū q̄ ꝑceperit ſta
tuere  Quā eī utilitatis ſuſcepit: uł ꝓ quāto uoluptatē ſuſce
piſſet tātā is q̄ cōtulit ab eo cōſeq̄t extimationē. Nā et ī rebus
uenalib9 ſic fieri ꝯſtat  Et q̄buſdā ī locis ſūt leges uolūtarioꝝ
cōtractuum iudicia nō eſſe q̄ſi cōueniat cui9 fidē ſecut9 quis ſit

cum eo ita agere vt ab inicio contraxit. Cui enim permiſſum eſt hunc uidetur iuſtius precium ſtatuere: q̄ eum qui permiſit. Pleraq; eiꝫ non eque extimant qui habent: et qui uolunt accipere. Sua eiꝫ quiſq; : ꝛ qui dat exiſtimat pluris. Sꝫ tamē repēſio fit ī his quātū ſtatuūt hi q receperūt Oportet forſā nō tātū facerē quāti uidet̄ poſſidēti: ſꝫ quāti faciebat priuſq̄ poſſideret

ED habent iſta dubitationem. Veluti vtrum oporteat omnia patri tribuere: et in omnibus parere illi. An in morbis quidem medico credendum eſt: et ducem eligendum rei militaris periciſſimum Similiter amico magis an ſtudioſo in ſeruiendum Et benefactori magis retribuendum: an amico danduꝫ ſi utriq; non poſſit An uero talia omnia determinare nō facile multas enim ac uarias habent differentias et magnitudine et paruitate: et honeſto et neceſſario. Sed ꝙ non omnia eidem tribuenda ſunt: non eſt obſcuruꝫ Et reddendum beneficium ut plurimmū magis ē q̄ amico conferendum. Ceu mutuū magis cui debeas redden duꝫ eſt: q̄ amico dandum Sed id fortaſſe non ſemper. Vt ecce redemptus a predonibus utrum eum qui redimit vice uerſa redimere ipſe debet quicunq; is ſit. Vel etiā non capto repenti reddere: uel patrem redimere. Vt igitur dc̄m ē uniuerſalit̄ debitū eſt reddēduꝫ. Quod ſi datio ſup excedat honeſtate uł neceſſitate ad illa declinādū ē. Interdū ei nō ē equū beneficiū retribuē. vt ſi quis ſtudioſo ſciēs benfecerit ipſe

autez cui remuneratio ſit facienda malus exiſtimatur ab eo qui accepit. Neq enim mutuanti interdum uiceꝟſa mutuandum ē Nam ille quidem certa ſpe ductus: ſe ſuum cum uelit conſecutu rum mutuauit bono uiro. Hic autem nō ſperat a malo conſequi poſſe. Siue igitur reuera ſic iſte: non par eſt extimatio. Siue nō eſt ita. Sed putat indigna facere: non uidebitur Vt igitur ſe pius iam diximus ſermones qui circa affectus et actus uerſanẗ determinationē habent ſimilez his reb9 de quibus ſūt Quod igitur non cadez omnib9 ſint tribuenda nec patri omnia quem admodum nec Ioui ſacra dantur omnia manifeſtum eſt. Cum ꝓo alia parētibus: et fratribus: et amicis: et his q benefici i nos fuere ſingulis: uidelicet propria: ⁊ conuenientia tribuenda ſint

Sic et facere uidentur. Nam ad nuptias qdez uocant cogna tos: his eiz comune ē gen9. Itaq et actus q circa genus uerſanẗ. In funeribus quoq maxime omniū putant cognatos ad ſe opor tere propter hoc idem Videri quoq poteſt parētib9 maxime alimēta eſſe miniſtranda quaſi id debebatur. Et cuz cauſa eſſē di ſint honeſtius eſſe illis circa alimēta ſubuenire: q̄ nobis ipſis et honorē illis queadmoduz diis impendere. Non tamē omib9 parētibus. Non eiz idē honor patri et matri. Neq idem ſapiē tis ⁊ īpatoris. Sz patern9 et matern9 Et ſeniori omī ſecūdū etatē tribuēdus aſſurgēdo et īclinādo et huiuſmodi ad ſodales aūt et fratres fiduciam et omniū reꝝ ſocietatez. Cognatis ꝓo: ⁊ gētibus: et ciuibus: et reliquis omibus ſemꝑ conandum ē debitū

tribuere ac diſcernere quid cuiq; conueniat ſecundum dignitatem et vſum Sed de cognatis facile eſt iudicium ·De extraneis vero difficilius ·Non tamen ob id deſiſtendum eſt. Sed ut fieri poteſt: ita determinandum·

ST etiam ambiguitas circa diſſoluendas amicicias: uel non cum his qui non permanent Verum cuz his qui utilitatis aut voluptatis cauſa erant amici quando hec ampli9 nõ afferunt nihil diſſoluatur Illorum enim erant amici quibus deficientibus merito amare deſiſtunt Incuſandus eſt autem is qui cum ob vtilitatem aut uoluptatem amicus ſit ob amores ſe amare ſimulant ·Quod autem ab inicio dixim9: multe cõtẽtiones exiſtunt in amicis: cum non quemadmoduz putant ita ſũt amici: Cum igitur quis ſe ipſum decipit credens propter mores amari ·Nihil tale ipſo agente ſe ipſum accuſare debet ·Si vero alterius ſimulatione decipitur iuſtũ eſt eum accuſare: qui ſimulabat et magis q̃ eos qui nummos falſificant quanto circa nobiliorem rem adhibita eſt fraus Quod ſi amicum quis ſuſceperit ut bonum fuit autem malus: et id apareat utrum amplius ſit amãdus Vel id qdez nõ eſt poſſibile. Si qdez non omne amabile ẽ: ſz bonũ· Nec amãdus ẽ mal9 amic9. Nã malos amaȇ nõ ꝯuenit: neq; ſimilẽ eſſe malis. Dcm ẽ aũt ſimile ſimili amicũ eſſe An ergo ſtatiz diſſoluẽda ẽ amicicia Vel nõ cũ omib9: ſz cũ illis qui ſũt incurabiles propter prauitatez· Nam qui cor

rigi poſſunt eis magis ferendum eſt auxilium in moribus ꝗ in diuiciis: quanto id boneſtius: et amicicie magis proprium Videtur autem is qui diſſolueret nihil abſurdum facere. Non eiꝫ tali amicus erat. Alienatum igitur cum ſeruare non poſſit dimittit Sin uero hic quidem permanet: hic autem melior fiat: ac multum uirtute tranſcendat: aut ut amico uti debet Vel non conuenit. In magna ſane diſtãtia maxime fit manifeſtum: Cum amicis puerorum. Naꝫ ſi alter permanet mente puer: alt̃ in uirum euadat optimum: quomodo eſſent amici. Cum neqꝫ delectentur eiſdem rebus: nec eiſdem gaudeant: et doleant. Non enim circa ſe ipſos hec exiſtunt eis ſine iſtis uero non erat eſſe amicos. Viuere enim ſimul non eſt poſſibile. Diximꝰ uero de his

An igitur non alienus ſe habendum eſt circa illum ꝗ ſi nunquaꝫ fuiſſet amicus: uel oportet preterire familiaritatis memoriaꝫ ſeruare: et quemadmodum amicis potius ꝗ extraneis putamus gratificandum ſit his qui fuerunt amici aliquid tribuẽdũ ẽ ꝑꝑ̃ ꝑcedẽtẽ amiciciã: qñ nõ ꝑꝑ̃ exceſſũ ꝑuitatis fit diſſolutio

Mabilia quidem ad amicos: et quibꝰ amicicia diffinitur ex his que circa ſe ipſum quis facit proceſſiſſe videtur

Poſuerunt enim amicum eſſe illum qui vult bona ⁊ facit uł ea que uidentur bona illius cauſa Vel eum qui vult eſſe et uiuere amicũ illius gr̃a ut accidit matribꝰ erga filios: ut hi amici q nõ ſunt infenſi Hi ꝓo euꝫ qui familiari vſu uerſẽt et eadẽ

optet: et quia vna gaudeat atq; doleat. Maxime autem hec et in matribus contingit. Horum uero aliquo et amiciciaz diffiniunt. Sz erga ſe ipſum vnumquodq; eorum bono uiro exiſtit. Reliquis uero ſecunduz q̄ tales exiſtimant eſſe uidetur: ut dictum ē menſura vnicuiq; uirtus et ſtudioſ9 eſſe. Hic eiz ſibi ipſi cōſentaneus ē: et eadem cupit ſecūdum totū animū et vult ergo ſibi bona et apparentia et agit boni. Eſt eiz bono ſtudere ipſi9 cauſa. Intellectui eiz gr̄a q̄ vnuſquiſq; eſſe videtur. Viuere vult et ſe ipſum ſuare. Ac maxime illud p̄ qd̄ ſapit bonuz eſt eiz ſtudioſo eſſe. Vnuſquiſq; aūt vult ſibi bona. Fact9 aūt ali9 nemo expetit cuncta habere illud qd̄ fit. Habet eiz et nūc deus bonū. Aliud quicquid tandē id eſt. Videtur aūt quiſq; eſſe id qd̄ itelligit uel maxime. Talis ꝓo ſecuz eſſe vult: libēter eiz id agit. Nam et preteritoꝝ recordatio iocunda eſt: et futurorū ſpes optima. Hec uero pariunt voluptatem: et contemplationibus mente abundat. Et una ſecum maximē dolet: ac letatur. Semper enim eſt idem iocundum et moleſtū: nec alias aliud ſine penitudine enim eſt ut ita dicam. Ad ſe ipſum igitur ſingula horum exiſtere bonū et humanum. Ad amicum uero ita ſe habere vt ad ſe ipſū. Eſt eiz amicus alter ipſe: et amicicia horum quiddā eſſe uidetur: et amici q̄bus hec exiſtunt. Verum autez ad ſe ipſū ſit amicicia: vel nō relinquatur ad preſēs. Videtur utiq; ita eſſe aīcicia et duo ꝟ pl̄a ex p̄dictis: ⁊ q̄a excellētia amoris illi ſil̄is ē q̄ ē erga ſe ipz. Sz uidet̄ p̄dicti m̄lta obſiſtē q̄uis

ſint praui. An ergo quia placent ſibi ipſis ⁊ extimant ſe bonos viros ea participes ſunt borum. Nam eorum qui nimium ſunt praui: et ſceleſti hec exiſtunt nemini: quinetiam nec videntur: fere autē nec prauis Nā diſſident ſecum ipſi: et alia cāpiunt: et alia uolunt. Ceu incontinentes: qui bis que ſibi bona videntur voluptaria ante ponet cum ſint damnoſa. Alii rurſus propter ſecordiā: et pigriciam illa que optima ſibi putant agere omittunt Qui uero multa et grauia cōmiſerunt: ⁊ propter improbitatem odio babentur vitam fugiunt et ſe ipſos interimunt queruntqꝫ improbi alios cū quib⁹ verſentur. Se ipſos ꝓo fugiunt. Nam in mentem uenit multorum: ac nefariorū: et alia buiuſmodi: ſi ſecum ipſi ſint facere cupiunt: Sed ſi cum aliis ſint obbliuiſcuntur: cumqꝫ nibil babeant quod amari mereatur nullo amore erga ſe ipſos afficiuntur Neqꝫ igitur ſecum ipſi congaudent: neqꝫ condolent. Eſt enim in ſeditione eorum animus: cū interdum propter improbitatem doleat: ſi quibuſdā ſe abſtineat. Interdum uero letetur. Et modo buc modo illuc rapiatur Quod ſi non poteſt una dolere ⁊ letari. Ac certe paulo poſt dolet ꝙ letat⁹ fuerit: nec eas uolupeates uellet accepiſſe. Nam penitudine improbi abundant. Non videtur improbus ne erga ſe quidem ipſum amanter babere. Propterea quia nibil eſt ī illis quod amabile ſit Quod ſi ita ſe babere ualde eſt miſerum fugienda improbitas eſt: et ad nitendum ad ꝓbitatem. Sic eiꝫ et erga ſe ipſū amāt̄ babebit: et aliis amicus eſſe poterit

Eniuolentia uero amicicie ſimilis eſt. Non tamen eſt amicicia Naꝫ beniuolentia eſt etiã erga ignotos: et latens. Amicicia vero non: ut prius diximus Sed neqꝫ amor. Non enim habet intentionem: neqꝫ deſiderium. At amatoreꝫ iſta ſequuntur Et amor ex conſuetudine fit. Beniuolentia vero repente qđ euenit circa pugiles. Nam beniuoli fiunt illis: et cum illis una uolunt. Tamẽ pro illis nihil facerent. Vt eiꝫ diximus repente fiunt beniuoli: et leuiter curant. Videtur igitur principium eſſe amicicie queadmoduꝫ ⁊ amoris ea uoluptas q̃ fit per aſpectum. Aſpectui eiꝫ non indulgens nemo amat. Sed qui aſpectu gaudet nihilo magis amat. Sed quando abſentes deſiderat: et preſentiam affectat. Sic igitur et amicos eſſe non datur: niſi beniuoli fuerint. Sꝫ beniuoli quidem nihilo magis amant: verum bona ſolum uolunt illis qui beniuoli ſunt. Sed pro illis nullum ſuſciperent negocium. Itaqꝫ per tranſlationem diceret quis illam inicium eſſe amicicie. Inueteratam vero et in conſuetudinem procedentem fieri amiciciam Non illam que propter utilitatem: neqꝫ illam que propter uoluptatem Non eiꝫ in his fit beniuolencia. Nam qui beneficium accepit: pro hoc beniuolenciam retribuit iuſte faciens. Qui uero vult aliquam proſperitatem habere ſpe alicuius commodi ab illo conſequendi non videtur erga illum beniuolus eſſe: Sed magis erga ſe ipſum. Vt etiam nec amicus illum obſeruet ob quan

dam utilitatem Omnino autem beniuolentia fit ex virtute: ac probitate quando quis honeſtus ac fortis aut quid tale appa reat: vt de pugilibus diximus.

Oncordia quoq; amabile uidetur quapropter non eſt co opinacio. Hec eñ et ignorantibus exiſtere poteſt Nec qui eiuſdem ſententie ſunt: concordes diximus. Ceu eos qui de celeſtibus idem ſentiunt. Non enĩ pertinet ad amiciciã talis conſenſio Verum ciuitates concordes dicimus quando circa publicas utilitates idẽ uolunt: et eligunt: atq; agunt eaq; que publice decreta ſunt. In rebus igitur agendis concordant Et eaꝝ ĩ his que ſunt ĩ magnitudine: et que poſſunt utriq; exiſtere aut omnibus. Veluti ciuitatibus quãdo omnibus uidetᷣ magiſtra tus eſſe eligendus: aut ſocietatem ineundam eſſe cum lacedemo niis. Aut magiſtratum gerere pictacum quando: et ipſe vole bat Cum vero uterq; idem vult: ut qui in formicis ſeditionẽ habent. Non eſt enim concordes eſſe idem ſentire vtruñq; quic quid tamen id ſit: ſed quod eſt in ipſo. Ceu cum populus: et bo ni uiri optimates gerere rẽ. pu. uolũt. Sic eñ omnibus fit id qd optant Videtur autem concordia ciuilis amicia vt dicitur. Nam circa commoda uerſantur. Et circa illa que pertinent ad vitam Eſt ꝑo talis concordia in bonis uiris. Hi et ſecum ipſi concordant inter ſe et ĩ eiſdem: ut ita dicã exiſtentes. Talium eñ ſtabiles ſũt uoluntates: nec in alterũ fluũt quemadmodum

Euripidus. Voluntq; illa que iuſta ſūt: et vtilia hec illi publice expetunt Improbi uero concordes eſſe non poſſunt niſi ꝑ pa rum quemadmoduȝ nec amici plus habere cupientes in his que ſunt utilia minus autem in laboribus et oneribus. Cumq; ſibi piuſq; uelit iſta habere proximos perſcrutatur et prohibet qui bus nec lectis: res publica euertitur. Contingit uero illis diſcor dibus eſſe mutuo ſurgentibus ſe: et iuſta facere recuſantibus.

VI beneficia cōtulere uidentur magis diligere eos quibus collata ſūt q̄ illi qui acceperunt eos qui facere et quaſi ab ſurduȝ ſit: eius ratio queritur At pleriſq; illa uidetur cauſa q̄ hi q̄dem debent illis ꝓo debetur. Vt igitur in mutuo qui pe cuniam debent cupiunt non extare illos quibus debent. Quib9 vero dabetur hi de ſalute debitorum ſolliciti ſunt. Sic qui be neficia contulerunt uolunt extare illos in quos benefici fuere: et ſic grates conſequātur. Illis uero nulla eſt cura reddendi. Epi carinus forte inquiet hec ipſos dicere ex malo comtemplatos Sed uidetur et id humanuȝ. Ingrati enim q̄plurimum ſunt: et magis bene ſuſcipere q̄ benefacere appetunt Sed naturali or illa cauſa eſt: nec ſimilis illi que de mutuantib9 dicitur. Nō eiȝ eſt dilectio circa illos: ſed uoluntas ſalutis gr̄a conſequendi Sȝ qui beneficia contulerūt amāt: et diligūt eos q acceperūt Et ſi nulla in re utiles ſūt: neq; īpoſterq; futuri Quod ⁊ i arti ficibus euenit. Omnes eiȝ magis amant ꝓprium op9: q̄ ab opere

ſi amatū eſſet ipſi amarentur. At maxime id fortaſſe in poetis ꝯtingit. Hi eī pluſq̃ diligunt poemata ſūt et quaſi filios amāt complectuntur. Tale quid videtur eorum qui beneficia contu lere. Quod eniꝫ bene accepit opus eſt ipſorū. Id igit̄ amant ma gis: q̄ opus actorem. Huiꝰ aūt cauſa eſt: q̄ eſſe cunctis expeti bile eſt atq̃ amabile. Sumus autem in actu. Viuendo eniꝫ & ope rando. Actu igitur auctor operis quodaꝫ modo eſt. Opꝰ itaq̃ amat: quoniaꝫ et eſſe. Id autem eſt naturale. Quod enim et po tentia ē potētia id actu opꝰ oſtēdit. Preterea contuliſſe bene ficium pulcruꝫ eſt. Itaq̃ in eo gaudet is qui contulit. Suſcepiſ ſe vero non eſt pulcrum in agendo: ſed utile. Hoc autem minus iocundum eſt minuſq̃ amabile. Iocunda vero eſt preſentis quideꝫ operatio. Futuri autem ſpes: facti uero memoria iocun diſſimum autem ſimul et amabile quod eſt in actu. Illi igi tur qui fecit permanet opus. Nam honeſtas diuturna eſt. At illi qui accepit vtilitas tranſit. Et memoria honeſtorum iocunda. Vtilium vero non nimis uel minus. Expectatio au tem contra uidetur habere: et amare quidem actioni ſimilis eſt. Amari vero paſſioni. Qui igitur ſuperant in re agenda: eos ſequit̄ amare et amabilia. Preterea que cuꝫ labore fiunt: ea magis diligunt omnes: ceu diuicias: hi qui lucrati ſunt: mag q̄ hi qui acceperunt. At videtur bene ſuſcipere quidem eſſe abſq̃ labore: et bene facere autem laborioſum. Ob hoc et ma tres filios magis amant. Nam laborioſior eſt partus: et magis

ſciũt eſſe ſuos. Hoc et his qui beneficiũ cõtulerũt euenire uidet̃

ST autem queſtio: vtrum quis ſe ipſuꝫ amare debet maxime: animalium quoddam Increpant enim qui ſe ipos maxime amant: et quaſi turpe ſit amatores ſui appellant Videturq̃ improbꝰ ſui cauſa facere omnia. Et quanto improbior ſit: tanto magis incuſant igitur ꝙ ipſe ab ſe agat. bonus autem vir propter honeſtateꝫ et quanto melior: tanto magis propter honeſtateꝫ et amici gratia ſua uero negligit Ab huiuſmodi verbis opera diſcordant. Non immerito aſunt maxime amare oportere eum: qui maxime ſit amicus. Ille vero maxime eſt amicus: qui maxime vult bona alicui illius gratia et ſi nullus ſciat. Nec ſunt maxime ſibi ad ſe ipſum Et reliqua igitur omnia quibus diffinitur amicus. Dictum eſt autem ꝙ ab ipſo cuncta amabilia et ad alios extendit His quoq̃ ꝓuerbia omnia conſentiunt veluti una anima: et amicorum omnia eſſe comunia et equalitas amicicia: et genu cruri proximum. Hec autem omnia ad ſe ipſũ maxime exiſtũt. Maxime eñ ſibi ipſi quiſq̃ amicꝰ ẽ et ſe ipſũ igitur amare maxime oportet Dubitat̃ aũt merito quibꝰ oportet credere: cũ utriq̃ habeant ſuaſionẽ Forte igit̃ huiuſmodi ſmones diffigiẽdi ſunt: ac determinandi quatenꝰ cõtinẽt ꝟitatẽ. Si ergo diſtĩguemꝰ q̃admodũ amatorẽ ſui utriq̃ accipiũt forte erit id manifeſtũ Alii igit̃ ĩ reꝑhẽſionẽ ducen

tes ſui amatores illos uocant qui ſibi ipſis plꝰ tribuunt in pecu niis et honoribus: et uoluptatibus. Nec enī complures affectāt atq̧ illis ut optimis omni ſtudio incumbunt. Quapropter in certamen illa ueniunt. Qui igitur plus habere in illis ꝑgūt cupiditatibus: et affectibus: et ei parti anime q̄ ratione caret omīno inſeruiūt. Tales autem ſūt ꝙplurimi. Itaq̧ appellatio de amatoribus ſui orta eſt: ab eo quod frequenter fit: et eſt malū. Iuſte igit̄ tales culpant̄ Qui vero ſibi ipſis talia tribuentes amatores ſui conſueuerunt vulgo appellari manifeſtū eſt. Nā ſi quis ſtudeat ſemper recta facer̄ ipſo maxime omniū aut moleſta aut alia queeunq̧ a uirtute proficiſcētia: et ſemper boneſtum pro ſe magis uſurpet: nemo hunc culpabit: neq̧ uituperabit At videbitur is magꝭ ſui amator Quia pulcherrima: ac maxime bona ſibi ipſi tribuit Et inſeruit principaliſſimo ſui et in omībus illi acquieſcit Vt autem ciuitas principaliſſimum maxīe videtur eſſe et ceteri omnes conuentus. Sic et homo: et amator ſui maxime ꝑfecto eſt qui illud amat: illiq̧ inſeruit Et continens porro et incontinens dicitur. In continendo mentem uł nō continēdo quaſi hoc ſit vnuſquiſq̧ Ac egiſſe uidet̄ ip̄: et uoluptarie que cuꝫ ratione maxime Quod igit̄ hoc maxime eſt vnuſquiſq̧ ⁊ ꝙ bonꝰ uir maxime hoc amat nō ē obſcuꝝ Quaꝑpter amator ſui maxīe In alia ſpē eſſet ꝙ ī illa q̄ reprehēdit̄ tātūq̧ differt ꝙtum differt uiuere ſecūdū rationē uel ſecundum ꝑturbationē: ⁊ cupē qđ boneſtū ſit: uł qđ uideat̄ ꝓdeſſe Eos

igitur qui circa preclaras res egregie ſtudent omnes recipiunt ⁊ laudant Omnibus uero ad boneſtatem:et ad res preclaras tendentibus comuniter quidem vtiq; omnium aderũt ea que oportuna ſunt. Singulariter autem vnicuiq; maxima bona ſi quidem virtus talis eſt Quare bonum quidem oportet ſui eſſe amatorem. Naꝫ et ſibi proderit agendo boneſta et aliis utilitates afferet At malum non oportet. Nam nocebit et ſibi et proximis p̃uas ſequendo cupiditates Improbo igitur diſſident illa que agere oportet:et que agit. Omnis enim mens eligit optimum ſibi. Bonus autem menti paret Verum eſt autem illud de ſtudioſo:et amicorum gratia ipſum multa facere:et ſi opus ſit pro patria mortem obire Abiciet enim et pecunias et honores et omnino om̃ia ꝑ qb9 homines int̃ ſe concertant vt boneſtatẽ ꝯſeq̃t

Magiſq; uolet breui tempore letari vehemẽt̃:q̃ longo leuiter et honeſte vitam agere per vnum annum:quam multis annis vt cumq; contingat. At rem unam honeſtam:et magnaꝫ quã multas et paruas. Obeuntibus autem mortem id forte euenit Eligunt profecto rem magnam et p̃claram ſibi Et pecunias utiq; abiicient in quo plura capiẽt amici. Aderũt eniꝫ amico qdem pecunie. Sibi autẽ honeſtas. Mai9 vero bonũ ſibi ipi attribuũt Et circa honores ⁊ magr̃at9 eodem modo. Hec eim oĩa amico ꝯcedat. Nã id ſibi honeſtũ ⁊ laudabile. merito itaq; uidet̃ ſtudioſ9 eſſe oib9 p̃ferens honeſtatẽ Quin etiã i reb9 agendis qñq; amicũ p̃feret ſibi: Eritq; p̃cri9 q̃ ſi ipe met agat amico

cauſam agendi fuiſſe. In cunctis igitur laudabilius ſtudioſus ui detur ſibi ipſi plus boneſti tribuere Sic igitur conuenit ipſū amatorem eſſe ſui vt dictum eſt. Sed vt vulgo dicitur non licet

Vbitatur: eciam vtrum beatus indiget amicis: vel non Nihil amicis opus eſſe aiunt beatis: et ſufficientibus ſibi ipſis ad eſſe enim ſibi bona: Cumq; ſibi ſufficiant. Nullo pre terea indigere. Amicum uere quaſi alterum ſe ea afferre que per ſe ipſum non poteſt Itaq; cum deus ſibi abunde dederit quid op9 eſt amicis Sed videtur abſurdum. Cum omnia bea to tribuantur amicos non tribuere quod maximum uidetur ex ternorum bonorum Siue amici eſt bene pocius facere quam ſu ſcipere. Et eſt boni viri ac uirtutis alios iuuare: Et boneſtius eſt bene facere amicis: quam alienis. Indigebit ſtudioſus quibus bene facere poſſit Vnde illa oritur queſtio: vtrum in rebus proſperis vel aduerſis magis opus ſit amicis. vtpote indigenti bus auxilio qui in aduerſis premuntur. & in proſperitate conſti tutis quibus conferre beneficia poſſint Sed eſt fortaſſe abſur dum cum qui ſit ſolus beatum dicere. Nemo enim eligeret cunc ta bona poſſidere ſecundum ſe ipſum. Nam ciuile eſt bomo: et cum aliis viuere natus. Beato certe boc exiſtit. Nam babet bo na nature. patet autem quod cum amicis et bonis viris pocius viuere uolet. quam cum extraneis: et quibuſcumque. Beato

/igitur op9 ē amicis.

Quí igitur dicunt primi ꝑ quatenꝰ ꝓbitatem loquuntur. An qđ multitudo eos putat amicos qui vtiles ſint his autem beatus neq̃q̃ indiget:cum ſibi aſſint bona. Nec certe his q̄ ꝓpᵗ iocunditatem ſunt amici. Vel ad modum paꝝ. Cum.n.iocũda ſit nihil indiget externa voluptate. Non indigens aũt talibus amicꝭ nõ videtur amicis indigere At id non eſt verum. Nam dictum eſt ab inicio ꝙ felicitas eſt operatio quedã operatio vero fit vt patet. Ac non exiſtit.q.quedam poſſeſſio.qđ ſi felicem eſſe:eſt in viuendo:et opando boni aũt operatio per ſe ipſam ſtudioſa eſt et iocunda vt ab inicio diximꝰ. Eſt autem:et ꝓprium delectabilium. Contẽplari autem proximos ualemus magis q̃ nos ipos et illoꝝ actus q̃ noſtros. Actus vero ſtudioſoruꝫ qui amici ſunt iocundi ſunt bonis. Vtriqꝫ.n. habent ea que ſunt iocunda nata Beatus profecto talibus amicis indigebit ſiquidem contẽplari eliget actus iocundos et proprios. Tales ſunt actus boni viri amici Cenſent vero oportere iocunde viuere beatum. At in ſolitudine moleſta eſt vita. Non.n.facile ſecundum ſe ipſum continuo operari cum aliis uero:et ad alios facile Erit igitur opatio magis continua iocunda exiſtens per ſe ipſam quod oportet beato adeſſe. Studioſus.n.qua ſtudioſus eſt actibus gaudet q̄ a virtute proficiſcuntur. Quia vero vicio eos graue fert quemadmodum muſicus elegãti cantu letatur. Abſurdo autem offendit

Et eſt ſane virtutis exercitatio quedam conuerſari cum bonis vt Theognius inquit

Aturalius autem conſiderantibus apparet ſtudioſuꝫ ami cũ ei q ſtudioſus ſit natura eſſe expetendum Nam dictũ eſt ꝙ natura bonum ſtudioſo per ſe ipſum bonum eſt ac iocundũ Viuere autem diffiniunt animalibus quidem potentia ſenſus Hominibus vero ſenſus vel intellectus. Potentia vero ad operationem refertur. Sed principale in operatione eſt. Videtur autem viuere principaliter eſſe ſentire vel intelligere Viuere autem per ſe ipſum bonum ac iocundum determinatum enim Determinatum vero boni nature. Quod autem nature bonum eſt et bono viro. Quapropter videtur omnibus eſſe iocundum

Nec vero accipere oportet prauam vitam: neq corruptaꝫ neq in doloribus poſitam. Nam ea indeterminata eſt vt et illa q ſibi inſunt. ſed in ſequentibus circa dolores erit manifeſtiꝰ Q ſi idem viuere et bonum et iocunduꝫ conſtat et ex eo quia omnes illud appetunt et maxime boni viri atq beati. His enim vita maxime expetenda eſt et eorum beatiſſima vita Videns autẽ ꝙ videt ſentit et audiens quod audit et ambulans quod ambulat et in aliis ſimiliter eſt aliquid id quod ſentitur quia operamur. Sentimus vero quia ſentimus: et intelligimus quia intelligimus hoc autem quod ſentimus aut intelligimus: quia ſumus Nam tale erat ſentire aut intelligere. Sentire autem ſe viuere per ſe ipſum iocundum eſt. Nam natura bonum eſt vita. Sentire vero qđ ſibi bonum adſit iocundum eſt: Expetendum eſt autẽ viuere et maxime bonis quia eſſe illis bonum eſt et iocundum

Sentientes enim bonum per ſe ipſum letantur. Vt autem ſtudi oſus erga ſe ipſum habet ita et erga amicum. Nam amicus eſt al ter ipſe. Vt igitur eſſe ſe iocundum eſt cuiqꝫ ſic et amicum aut prope eſſe autem erat expetendum propter ſenſum ſui boni ex iſtentis. Talis vero ſenſus per ſe ipſum iocundus eſt. Conſen tire igitur oportet et amicum quia ſit hoc autem in vſu ac ſoci etate verborum et voluntatis. Nam ſic dicuntur homines ſimul viuere non quemadmodum in pecudibus ſi ſimul paſcantur. Er go ſi beato expetendum eſt viuere per ſe ipſum bonum natura exiſtens et iocundum. Amici autem proximum eſt et amicus cer te expetendorum eſſet. Quod autē eſt ſibi expetendū id opor tet illi exiſtere vel hac deficiens erit. Indigebit ergo qui felix futurus ſit ſtudioſis amicis

a N igitur ꝗplurimi nobis parandi ſunt amici. Vel quem admodum in hoſpitalitate eleganter dicitur neqꝫ multos habendos eſſe hoſpites neqꝫ ſine hoſpitibus eſſe. Sic et in amici cia nec ſine amicis eſſe oportet neqꝫ rurſus multitudinem amico rum exceſſiuam habere. His porro qui vtilitati ſtudent nimis videretur id dictum conuenire. Nam multis uice verſa inſerui re laborioſum eſt. Neqꝫ illis ad hoc agendū vita ſufficeret. Mul ti itaqꝫ illa que ad vitam pertinent valde moleſtant atqꝫ impe dimento ſunt ad bene viuendum. Non ergo opus eſt illis. Ad

voluptatem quoq; ſufficiunt pauci quemadmodum in epulis id quod gratiam habet Studioſoq; vero vtrum q̄ plures habere oportet. An eſt aliquis terminus multitudinis amicorum quemadmodum ciuitatis neq; enim ex decem hominibus ciuitas conſtitui poteſt: neq; decies centenis milibus amplius ciuitas foret. Quantum vero non eſt forte vnum aliquid: ſed totum id quod eſt medium quorundam terminorum Et amicorum igitur eſt terminata multitudo: et fortaſſe cum quā pluribus quis viuere poteſt. Hoc enim precipuum amicorum videtur eſſe. Quod autem non poteſt quis ſe impartiri multis et vna cum illis viuere non eſt obſcurum Preterea illos oportet eſſe amicos qui debeant omnes ſimul quotidiano vſu verſari. Hoc autem difficile eſt in multitudine Difficile autem vt multi vna letentur et doleant. Accidere enim oportet: vt ſimul alter doleat: alter letetur

Forſan igitur bene eſt non querere amicos q̄plurimos: ſed quod ad vitam ſufficiunt. Videtur enim fieri non poſſe vt in illis vehementer quis ſit amicus. Itaq; nec plures amare: exceſſus enim quidem vult eſſe amicicie. Hic autem ad vnum eſt et vehementer igitur ad paucos Sic autem videtur et in rebus ſe habere. Non fiunt eniz amici plures ſecundum ſodaliciam amiciciam. et que famoſe ſunt in duobus dicuntur. Qui vero multos parant amicos: et omnibus familiariter ſe prebent nullius videntur amici niſi ciuiliter hi quos vocant placentes Ciuiliter igitur ē multis eſſe amicum etiam ſi non ſit placens. Sed vere bonus: et

humanus vir. Per virtutem autem et propter ſe ipſos non eſt ad plures. bene igit̃ agi putandum eſt ſi vel pauci tales repiant̃

ED vtrum in rebus aduerſis magis opus eſt amicis an in proſperis. In vtriſq; enim queruntur. Nam et qui in aduerſis ſunt indigent auxilio. Et qui in proſperis indigent his qui ſimul viuant et quibus benefici eſſe poſſunt. Volunt enim benefacere At enim magis neceſſarium eſt in aduerſis. Quapropter vtilibus indigent. Honeſtius vero in proſperis. Quapropter bonos et humanos querunt. Nam his benefacere et cum his viuere magis expetendum Eſt enim exiſtentia amicorum iocunda in proſperis et aduerſis Nam et releuantur afflicti amicis condolentibus Itaq; dubitaret fortaſſe aliquis vtrum tanq̃ onus ſimul ſuſcipiant. Vel id quidem non: ſed quia eorum preſentia iocunda eſt. Et quia ſimul dolere intelliguntur amici dolor minuatur. Sed vtrum propter hoc vl̃ propter aliud quid dam releuantur dimittamus. Conſtat certe euenire id quod dictum eſt Videtur autem eorum preſentia mixta quedam eſſe. Nam et aſpectus ipſe amicorum dulcis eſt preſertim in rebus aduerſis et plurimum valent aduerſus dolorem. Afferunt enim ſolacium et aſpectu et ſermone ſi modo ſit aptus. Nouit enim amici naturam et quibus gaudeat quibuſq; angatur. Sentire autem condolentem in ſuis aduerſitatibus doloroſum eſt. Omnes enim fugiunt ne cauſa doloris ſint amicis Quapropter qui na

tura viriles ſunt cauent ne amicos ſimul condolere conficiant et ſi non excedit in dolentia illorum dolorem non tollerat. Nec conquerentium voces ſuſtinet: quia nec ipſe querulus eſt. Mulieres uero ac huiuſmodi homines condolentibus gaudent. Et qui hoc agunt amant vt amicos imitari oportet in omnibus meliorē

In rebus proſperis amicorum preſentia eſt iocunda: mentē delectat quoniam illius bonis letatur Quapropter videretur oportere in proſperitatibus quidem prompte conuocare amicos quum honeſtum ſit benefacere In aduerſitatibus autem tarde Nam malorum decet q̄ minime eos participes facere Vnde illud dictum extat. Satis eſt ꝙ ipſe calamitatibus premor Potiſſime tamen vocandi ſunt amici quotiens nobis magna commoda cum parua ipſorum moleſtia poſſint afferre Sed ire contra fortaſſe decet ad eos qui in calamitatibus ſunt inuocatū et ꝓmpte. Nam amici eſt benefacere. Et maxime indigentibus et non requirentibus. Ambobus enim id honeſtius et iocundius In proſperitatibus autem cooperari prompte. Nam in his opus eſt amicis Ad beneficia vero conſequenda tarde quum honeſtum non ſit properare cauſa ſue utilitatis et cauendum ſit: ne in properando moleſtus eſſe pergat quod non vnq̄ accidit Preſentia igitur amicorum in cunctis videtur optanda.

N ergo ut amatoribus aſpectus ipſe dulciſſimus eſt et magis expetunt hunc ſenſum q̄ alios. Vt pote amore in hoc

potiſſimum exiſtente et genito ſic et amic maxime expetendum eſt ſimul viuere Nam et amicicia ſocietas eſt Et vt ad ſe ipſum hȝ. Sic etiam ad amicum circa ipſum vero ſenſus eſt expetē dum et circa amicum igitur. Operatio autem fit in illis in ſimul viuendo. Itaqȝ merito illud affectant Et ꝙ tandem eſt ſingulis eſſe vel cuius gratia viuere expetunt in eo cū amicis volunt moram trahere. Itaqȝ alii compotāt. Alii colludunt. Alii ſil exercentur. Alii ſimul venantur vel ſimul philoſofantur. Singuli in his quotidiano vſu verſati quod maxime vtiqȝ amant in vita. Viuere enim volentes cum amicis illa faciunt: et commutant ī qbus putant ſimul viuendum Eſt igitur amicicia improboꝝ flagitioſa. Comunicant enim praua inſtabiles exiſtentes et flagitioſi fiunt inuicem ſe aſſimilantes Proborum autem proba ex quotidiano vſu ſuſcipiens incrementum. Videntur autem meliores fieri agendo: et ſe mutuo corrigendo. Recipiunt eniȝ mutuo illa ex quibus placere poſſint. Vnde a bonis bona De amicicia igitur dicta actenus ſufficiant. Nunc de voluptate erit dicēdū

ſ Equitur fortaſſe nūc vt de voluptate tranſigamus. Ea nanqȝ generi noſtro familiariſſima eſſe. Quapropter erudiūt pueros voluptati: et dolore inſtituentes Videt at ad mores virtutum maximum eſſe vt gaudeat

quis quibus gaudere oportet et oderit que odiſſe oportet. tendunt enim hec per totam vitam inclinationem habentia: et poteſtatem ad virtutem ac beate viuendum. nam voluptaria quidem eligunt dolorosa quidem effugiũt. Talia vero nequaq̃ pretermittenda videntur. Preſertim quuz in ipſis magna ſit ambiguitas. Nam alii ſummum bonum dicunt eſſe voluptatem. Alii contra nimium prauum. Illi fortaſſe credentes reuera ſic eſſe. Hi vero putantes vtilius ad vitam oſtendere voluptatem eſſe prauum licet non ſit. Inclinari enim pleroſq; ad illam inſeruireq; voluptatibus. Quamobrem oportere in contrarium ducere. Nam ſic ad medium vtiq; deueniri. Sed videndum eſt ne id bene dicatur. Nam qui de affectibus et actibus habentur ſermones minorem habent fidem: q̃ opera. Quando igitur diſcordant ab his que ſunt ſecundum ſenſum: ſpreti: atq; reiecti etiam verũ inſup interimunt. Qui. n. voluptatem vituperat: ſi quando illius appetens deprehendatur ad illam inclinari videtur. q. talez exiſtentem omnem. Nam diffinire non eſt multorum. Videntur ergo ſermones qui veri ſunt non ſolum ad ſciendum vtiliſſimi: ſed et ad viuendum. Conſentanei enim operibus fidem habent. Quapropt̃ prouocant intelligentes uiuere ſecunduz ipſos. Sz ſatis de his. Nunc ea que dicuntur de voluptate referamus.

Ndox9 igit̃ voluptatẽ ſummũ bonũ eſſe cẽſebat. ppt̃ ea q̃ cũcta rõabilia z irratõabilia illã appet̃e cnebat. In cũctis

ipſaꝝ ſunt expetende Mentis uero opatio ſtudioſoq; pcellere uidetur contemplatiua exiſtens et preter ipaꝫ nullam finem appetere habereq; uoluptatem ppriam que opationem exaugeat/ et ſufficienciam porro et ocium et tranquillitatem/ut humanam et quecunq; alio beato tribuunt uiro ſcđm hanc opationeꝫ eſſe uidetur· Perfecta utiq; felicitas hec/erit/aſſumens longitudinem uite pfectam· Nihil ei eoꝝ(que felicitatis ſunt)impfectum eſt Talis aut potior eſſet uita q̃ ſcđm hominem· Non enim qua homo eſt/ita uiuet ſꝫ qua diuinum qddam in ipo exiſtit Quantū aūt differt hoc a compoſito/tanto et hec operatio ab illa/que eſt ſcđm aliā uirtutē· Si itaq; diuinū eſt mens ad hominē/et uita(que eſt ſcđm illam) diuina eſt ad humanam uitam Oportet aūt non (quemadmodum monent aliqui)nos humana curare/cum ſimus homines et mortalia/cuꝫ ſimus mortales· Sed(quantum fieri poteſt) ad inmortalitatem adniti/et omnia facere/ut uiuamus ſcđm optimum eoꝝ/que in nobis ſunt· Licet enim mole puū id ſit/ac potēcia et precio multo magis exiſtit Et uidet porro qſq; eſſe hoc ſiqdem principale/et melius Abſurdum igit foret/ſi non illius uitam/ſed alterius cuiuſdam eligamus· Et(quod prius diximus) nunc quoq; congruet· Propriū enim cuiq; natura optima et iocūdiſſimum eſt/et homini igit ea uita/que eſt ſecundum mentem ſi qdem maxime hec eſt homo· Nec uita ergo beatiſſima eſt

ſEcundaria pō illa/que eſt per aliam uirtutem Naꝫ opa

tiones ſcd̃m illam humane ſunt. Iuſta igitur et fortia et alia q ſ̄t
ſecundum uirtutes inuicem agimus in commerciis et expeditioni-
bus et uariis rebus. In affectib9 quoq; decorem unicuiq; ſeruam9.
Hec aũt omnia uidentur humana quedaz etiam a corpore proue-
nire et in multis appropriari affectib9 moris uirtus. Coniugata
eſt enim prudentia moris uirtuti et illa prudencie ſi qdem prin
cipia prudencie ſunt ſecundum morales uirtutes. Rectum aũt i-
moralibus ſecundum prudenciam. Coniuncte ꝓo hec affectibus
et circa compoſitum eſſent. Compoſiti aũt uirtutes humane ſũt
et uita igitur ſcd̃m illas et felicitas. Illa ꝓo que mentis ſepara-
ta. Actenus enim de illa dictum ſit. Nam diligenti9 diſcutere
ſupprapoſitum foret. Videtur etiam externa affluentia paruz
uel minus indigere q̃ moralis. ſit enim utriſq; neceſſariorum indi-
gencia par. q̃q̃ magis laborat circa corpus qui in rez ꝑ uerſatur
et quecunq; talia. tamen paruz refert. Sed in operationibus multũ
differunt. Nam liberali qdem pecunia op9 eſt ad liberalitatem
exercendam et iuſto ad remunerationes. q2 uoluntates hominũ
obſcure ſunt. et ſimulant multi ſe iuſta uelle cum non ſint iuſti. for-
ti quoq; erit opus potencia ſi ꝑfectur9 ſit aliqd ſcd̃m uirtutem.
et modeſto licencia. Nam quomodo aliter diſcerni poteſt uel hic
uel aliorum qſpiam. Eſt aũt queſtio qd tandem principali9 in
uirtute ſit factum ne an electio ut pote in utriſq; exiſtente uirtu-
te. ꝑfectum ergo in utriſq; conſtat eſſe. ſed ad res agendas multis
eſt opus. et q̃nto maiores et ꝑclariores ſint tanto magis. at conte-

planti nihil taliuȝ opus eſt ad opationem. Sed (ut ita dixerim) cō-
templationem impediunt. Verum (qua homo eſt et cum pluribus
uiuit eligit ꝙ uirtuoſa facere) indigebit profecto his ad hominis
uſum. Eſſe vero perfectam felicitatem contemplatiuam quan-
dam operationem uel ex eo patebit ꝙ deos maxime exiſtimamꝰ
felices ac beatos eſſe. At quas res illis tribuimus agendas utruȝ
iuſtas. At erit ridiculum ſi in contractibus ac reddendis depoſi-
tis et huiuſmodi rebus occupati dicantur. Sed an fortes in ſuſti-
nendis terroribus et periculis ſubeundis honeſti cauſa. an libera-
les. at cui dabunt. et ſimul abſurdum eſt dicere illis eſſe numos uel
tale aliquid. an modeſtos. et que tandem iſta laus eſt non haben-
tibus prauas cupiditates. Ita per omnia diſcurrenti apparebit
in rebus agendis parum quiddam eſſe et indignum numine deo-
rum. At qui uiuere illos cuncti exiſtimant et operari ergo. Naȝ
dormire eos dicendum non eſt quemadmodum Endimionem. ui-
uenti autem ſic nec eligere quicꝗ tribuatur et multo magis nec fa-
cere quid reſtat tandem preter contemplationem. Quare opera-
tio dei beatitudine precellens contemplatiua quedam eſſet. Et
in hominibus ergo illa (que huic cognatiſſima eſt) erit uticꝫ feliciſ-
ſima. Huius ſignum fuerit ꝙ cetera quidem animalia felicitatꝭ
capatia non ſunt. cum tali operatione penitꝰ careant. Nam diis
quidem omnis uita beata eſt. Hominibus ꝟo in quantum ſimili-
tudo quedam illis exiſtit talis operationis. Aliorum ꝟo anima-
lium nulli felicitas ꝯpetit qm̄ nullatenꝰ ꝑticipia ſūt ꝯtemplatiōis.

Quouſq; ergo contemplatio ſe extendit eo uſq; felicitas, et qbus magis eſt contemplari eiſdē et felices eſſe non ſm accidēs ſʒ ſcd̄ʒ ꝯtemplationē. naʒ ipa p ſe precioſa eſt. Itaq; felicitas utiq; erit ꝯtemplatio quedam Indigebit quoq; externa ꝓſpitate cuʒ homo ſit, non. n. nat̄a ipa p ſe ſufficiens eſt ad contemplanduʒ. Sʒ oportet ſanum eſſe corpus et alimenta. cet̄umq; famulatum adeſſe. Nec tn̄ abſq; externis bonis beatū eſſe non dat̄. Ideo putanduʒ eſt multis ac magnis illum indigere. Non eiʒ in exceſſu ſufficiencia ē neq; iudiciū neq; actio ſʒ poſſunt etiā q̄ non terre mariſq; dominant̄ honeſta agere. nā a mediocrib9 etiam facultatib9 pōt qs illa agere que ſunt ſcd̄m uirtutem hoc apte licet intueri. Nam priuati hōies non min9 uident̄ recta facere q̄ illi q ſunt in dignitatib9 ac potentia conſtituti ymo etiam magis Satis eſt uero tot adeſſe. Erit enim beata eius uita qui ſecundum uirtutē operabitur. Et Solon fortaſſe recte felices oſtendit dicens mediocriter abundantes externis bonis agentes res preclaras et uiuētes modeſte Poteſt enī et qui mediocria poſſidet agere que oportet Anaxagoras quoq; uidetur non locupletem neq; potētem exiſtimare felicem. dicens ſe nequāq̄ mirari ſi ille multitudini abſurdus quidem uidetur. Nam multitudo ſolum iudicat a rebus externis Concordare his uident̄ et ſapientum opiniones fideʒ igit̄ quandam hec habent Ceteruʒ ueritas in rebus ex operibus et uita diſcernitur. Naʒ in his eſt principale conſideranda iſta ſūt ad uitā factaq; referēdo ꝛ ſi ꝯcordāt opib9 recipe illa oportʒ

ꝓ̄o eē id(qđ expetit)ꝓbū/ac maxime optimū. Cūcta ꝓ̄o ī idē ferri-oīb9 optimū eē ſignificant/ſingla. n(qđ ſibi bonū ſit)repirit ꝗadmodū eſcā. Quod aūt oīb9 bonū ſit: et quod oīa appetunt/id eſſe ſummū bonū Fidē habuē ei9 ſmones ꝓpt̄ moꝝ ꝓbitatē magꝭ q̄ ꝓpt̄ ſe ipſos/egregie enim modeſtus eſſe videbatur. Quare non (vt amicus voluptatis)hec dicere credit9 ē. Sed/ꝗ reuera ſit eſſet. nec minus putabat: id/ex contrario patere dolorem. n. per ſe ipꝫ eſſe fugiendum. Siſ̄iter igitur et contrarium expetendū Maxime vero expetendum eſſe/quod nullius gr̄a expetimus. Tale aūt/ſine controuerſia eſſe uoluptatem. Neminem enim vltra perquirere cuius gr̄a voluptatem capiat. vt poté per ſe ipaꝫ voluptate expetenda Additamq̄ cuicūq̄ ex his/que bona ſunt)expetibilius illud facere/vel vti iuſtis: et temperatis actionibus. Et augeri profecto bonum ſe ipſo Videtur itaq̄ hec ratio bonoꝝ illam oſtendere: et nihil magis/q̄ aliud. Omne. n. bonum cuꝫ alio bono/expetibilius ē/q̄ ſolum Hac ergo ratione. Et Plato imꝓbat voluptatem. q. non ſit ſummum bonum. Nullo. n. ſibi addito ſummum bonum expetibilius fieri . Manifeſtum eſt aūt ꝗ nec aliud quicq̄ ſummum bonum eſſet/quod cum alio eorum(que per ſe ſunt bona)expetibilius fiat. Quid igitur eſt tale/cuius et nos participes ſumus? Nam tale aliquid querimus Qui autem inſtant non eſſe id ſummum bonum/quod omnia appetunt/nihil dicunt. Nam(quod omnibus videtur)id eſſe dicimus. Et(qui hanc opinionem tollit): non multo probabiliora dicit

Si enim abſque intellectu ſunt illam affectant: eſſet aliquid quod dicitur. Sin vero et que ſapiunt quomodo diſcerent aliquid for taſſe etiam in prauis eſt aliquid naturale bonum valentius quam ſecundum ſe ipſa quod appetit appropriatum ſibi bonum. Non videtur quoque: nec de contrario recte dictum. Non enim aiunt ſi dolor eſt malum: voluptas eſt bonum opponi: et malum malo: et ambobus neutra hec dicunt non male non tamen vere in his que dicebant. Si enim ambo ſunt mala et fugienda oportere eſſe ambo neutrorum vero vt alterum aut ſimiliter. Nunc autem conſtat hanc eos fugere vt malum illam expetere vt bonum. Sic ergo et opponunt.

EC tamen ſi non qualitatum eſt voluptas propterea nec bonorum neque enim virtutis operationes qualitates ſunt: neque felicitates. Dicunt autem bonum determinatum eſſe: voluptatem autem indeterminatam: quia recipit magis: et minus. Si ergo preceptione voluptatis hoc indicant. Et circa iuſticiam aliaſque uirtutes (ſecundum quas manifeſte aiunt magis: et minus tales exiſtere certe. Et ſecundum virtutes erit hoc idem. nam iuſti magis ſunt et fortes. Eſt igitur iuſte: et temperate agere magis et minus. Si autem in voluptatibus nequando non dicunt cauſam quod ſint alie ſimplices: alie mixte. Quid prohibet hoc quemadmodum ſanitas determinata exiſtens recipit magis et minus. Sic et uoluptatem recipere. Non enim eadem menſura in omnibus eſt nec in eodem ſemper vna ſed remiſſa permanet: uſque ad aliquid. Et differt ſecundum magis et minus

Tale aliquid vtiq; erit circa voluptatem Perfectumq; bonū
ponentes motus vero et effectiones imperfectas: uoluptatem mo
tum effectionemq; oſtendere conantur. Nec recte dicere viden
tur. Nec eſſe illam motum omni nanq; motui proprium videtur
eſſe velocitas et tarditas. Licet non per ſe ceu mundi ad aliud.
Voluptati autem ne utrum horum exiſtit. Nam poteſt quis cito
letari: quemadmodum et iraſci. Sed in voluptate conſtitutum
eſſe non: neq; ad aliud. Incedere autem ꝛ augeri: et cuncta huiuſ
modi. Traduci ergo ad voluptatem velociter et tarde quis po
teſt. Operari vero ſecundum illam velociter non poteſt. Dico
autem in voluptate conſtitutum eſſe Effectio autem quemad
modum eſſet. Videtur enim non ex quocunq; fieri quodcunq; ſed
ex quo fit in hoc diſſolui et cuius effectio voluptas eius dolor
corruptio eſt Aiunt etiam dolorem eſſe indigentiam eius qđ
eſt ſecundum naturam. Voluptatem repletionem at he corpo
rales ſunt paſſiones. Si ergo voluptas repletio eſt eius quod eſt
ſecundum naturam in quo eſt repletio. Id vtiq; voluptateꝫ pre
cipiet. Corpus igitur: ſed non videtur. Non eſt ergo repletio
voluptas. Sed dum fit repletio quis voluptatem capit. Et dum
exhauritur dolet Hec autem opinio orta videtur ex dolorib9
ac voluptatibus que ſunt circa alimentum. Indigentes enim et
antea dolentes repletione delectantur. Verum id non contingit
circa omnes voluptates. Naꝫ ſine dolore ſunt que ex diſciplina
ꝑueniunt et q̄dā eaꝝ. q̄ ꝑ ſenſus: et q̄ ꝑ olfatū. Ex auditu quoq;:

et viſu plereq; etiam recordationes et ſpecies. Cuius ergo iſte ef
fectiones erunt. Nullius enim rei indigentia anteceſſit : cuius
vtiq; forent repletiones. Aduerſos autem illos qui proferunt
obſcenas voluptates reſpondi poteſt non eſſe illa voluptaria.
Non enim ſi peruerſe diſpoſitis iſta ſunt iocunda putandum
eſt ea ſimpliciter iocunda ſed ipſis. Quemadmoduz nec egrotan
tibus ſalubria aut dulcia aut amara nec etiam alba que apparēt
lippis Vel ſic vtiq; diceretur ꝙ voluptates quidem expectibi
les ſunt: non tamen iſtis quemadmodum et ditari ſed non pro
denti et ſanum eſſe. Non tamen quodcunq; edenti Vel ſpecie
differunt voluptates alie enim ex rebus honeſtis alie exturpibus
nec fieri poteſt vt quis iuſti voluptatem accipiat niſi ſit iuſtus
neq; muſici niſi ſit muſicus eodem modo in aliis Oſtendere vi
detur amicus cum alius ſit q̄ adulator non eſſe voluptatem bo
num vel ſpecie differre eas. Alter enim ad bonum conuerſari ui
detur alter ad voluptatem autem et id vituperatur: hec lauda
tur quaſi alia ſit conuerſatio Nullus autem optaret viuere ſi
ita puerili mente futurus ſit in vita: vt his ex rebus voluptatez
capiat quibus pueri maxime capere videntur. Nec ſic vt gaude
at quum faciat aliquid turpe nec vnq̄ doleat Et circa multa
ſolicitudinem vtiq; poneremus: etiam ſi nulla inde ſit pro ven
tura voluptas. Veluti videre meminiſſe : ſcire virtutes habere.
ꝙ ſi ex neceſſitate hec ſeqt̄ voluptas nihil refert. Nā illa ēēt ex
petēm9 et ſi nulla illis voluptas eēt pueta. ꝙ igit̄ voluptas nō

ſit ſumm i bonū nec ſit oīs expetibilis manifeſtū uidet Et q̄ aliquę voluptates per ſe expetibiles ſunt differentes ſpecie: vel a quibus Qu: igitur de voluptate et doloribus dicuntur iſta ſufficiant

Vid autem ſit aut quale magis patebit. Sed ab inicio re petam9 Videtur igitur viſio oī tempore eſſe perfecta. Non enim illi quicq̄ deeſt quod poſtea factum illius ſpeciem perficiat. Huic ſimilis apparet voluptas. Totum enim quid dam eſt nec vllo tempore voluptatem capere quis poteſt que ſi a maiori tempore fiat illius ſpecies perficiatur Quapropter nec motus eſt Nam omnis motus in tempore eſt et finis alicu ius. Ceu edificatio perfecta eſt quando perficit id quod affecta bat aut in omni quidem tempore aut in hoc. In partibus vero temporis omnes ſunt imperfecte et alie ſpecie quā tota et ſimul Lapidum enim compoſitio alia eſt quā columne baculatio et he alie ſunt q̄ templi factio et templi quidem perfecta. Nihil eniꝫ deeſt illi ad propoſitum fundamenti vero et operis columnaruꝫ imperfecta pars enim vtraqꝫ. Specie ergo differunt. Nec eſt ali quo tēpore motū accipe ſpecie perfectū. Sꝫ i toto Eodē modo i ambulādo et reliqs. Si. n. ē latio mot9 vn̄ quo et huiuſmodi dif ferētie ſcdꝫ ſpeciē uolatio ambulatio ſaltatio ꝛ huiuſmodi. Nec ſolum ita: ſed in ipſa ambulatione. Nam id quod eſt vnde quo

non idem eſt in ſtadio et in parte et in alia atq; alia parte Nec tranſire lineam iſtam:et illam. Non ſolum enin lineam per uadit ſed in loco exiſtentem. In alio autem iſta quam illa. Veruꝫ de motu in aliis diligencius eſt dictum. Videtur ne in omni qui dem tempore eſſe perfectius. Sed plurimi imperfecti:et differẽ tes ſpecie ſi quidem. Vnde quo ſpeciem facit at voluptatis quo cunq; tempore perfecta ſpecies eſt. Patet igitur ꝙ diuerſa ſunt et ꝙ totum quiddam ac perfectum voluptas Id quoq; ex eo apparet ꝙ nihil moueri poteſt niſi in tempore. Diuerſum vero in voluptate. Nam id quod eſt nunc totum quiddam eſt Ex his patet quod non recte dicunt motum aut effectionem volup tatem eſſe. Non enim omnium iſta dicuntur ſed particularium et non totorum neq; enim viſionis eſt effectio neq; puncti neq; vnitatis nec quicq̄ horum motus neq; effectio. Igitur neq; vo luptatis. Nam totum quidam eſt cunq; omnis ſenſus erga ſenſi bile operetur. Perfecte vero bene diſpoſiti ad optimum eorum que ſenſui ſubiacent. Nam tale quiddam eſſe videtur perfecta operatio Dicere autem ipſum operari vel eum in quo eſt nihil refert. In ſingulis autem optima eſt operatio optime diſpoſiti erga potiſſimum eorum que ſibi ſubſunt Hec vtiq; perfectiſ ſima erit et iocundiſſima. Per omnem enim ſenſum voluptas fit Similiter autem per intellectum et contemplationem. Iocun diſſima vero illa: que perfectiſſima eſt Perfectiſſi ma vero bene ſe habentis erga ſtudioſiſſimum: eorum que

ſibi ſubſunt Perficit autem operacionem voluptas. Nec eodem modo voluptas perficit: et ſenſibile et ſenſus ſtudioſa exiſtentia quemadmodum nec ſanitas et medicus ſimiliter cauſa eſt ut ſanus quis ſit. Quod autem per ſingulos ſenſus fiat uoluptas manifeſtū eſt dicim9 uiſiones et audiciones uoluptatē afferre

Patet igitur ꝙ maxime cum et ſenſus eſt optimus et erga tale operatur. Cunqꝫ talia ſunt ſenſibileqꝫ et id quod ſentit ſemper erit uoluptas extātibus ācturo ꝛ paſſuro. Perficit autē operacionem uoluptas. Non ut habitus qui ineſt: ſed ut reſultans qdāʒ finis: vel vt in etatis flore pulcritudo Quouſqꝫ vero ſenſibile aut intelligibile ſit quale oportet et diſcernens: aut contemplās erit in operatione voluptas cū enim ſint ſimilia et eodem modo inuicem ſehabeant actiuum et paſſiuum idem fieri naturaliter aptum eſt quare ergo nullus continuo in voluptate eſt aut dolore. Cuncta namqꝫ humana impoſſibilia ſunt continuo operari Nec igitur uoluptas fit. Nam ea ſequitur operationem. Quedā etiam delectant cum primo fiunt ſʒ poſtea non ſimiliter. Nam primo quidem prouocata eſt mēs effuſeqꝫ agit circa illa quemad modum hi qui aduerſum intuentur. Poſtmodum non fit eadem operatio: ſʒ neglectior. Quare uoluptas quoqꝫ refrigeſcit Oēs vero expetere voluptatem ex eo putari utiqꝫ poteſt quia omnes uiuerē expetunt. Vita autēʒ operatio quedam eſt. Et quilibet circa illa et illis operatur que maxime amat. Ceu muſicus auditu circa dulcem ſonum. Diciplinarum ſtudio dediti intellectu

circa proſpicientiam rerum eodem modo et reliquorum ſinguli. Voluptas aūt perficit operationes et viuere igitur quod appe tunt. Merito ergo et voluptatem expetunt. Perficit. n. ſingulis viuere expetibile exiſtens Sed vtrum propter voluptatem uiuere expetimus. Vel propter vitam voluptatem relinquatur ad preſens. Coniugata enim iſta videntur eſſe: nec ſeparationem recipere. Nam ſine operatione non fit voluptas. Et omnem ope rationem voluptas perficit

Nde videntur ſpecie quoq; differre. Nam illa que ſunt a lia ſpecie ab aliis pfici putam9. Sic. n. cernuntur. Et que a natura ſunt et que ab arte. Ceu animalia et arbores picture q;: et ſtatue: domuſq; et vas. Eodemq; modo et operationes differē tes ſpecie a differentibus perfici Differunt vero ille que ſunt mentis ab his que ſunt per ſenſum. Et he rurſus inter ſe ſpecie differunt igitur et voluptates que illas perficiunt Hoc autē ex eo quoq; patebit ꝙ unaqueq; uoluptas operationi illi quā pfi cit propria eſt Coauget. n. operationem ppria voluptas. ma gis enim ſingula diſcernūt exactiuſq; comprehendunt qui cū voluptate operantur. Vt puta geometre fiunt qui geometria de lectantur et intelligunt ſingula magis. Eodem modo qui erga muſicam vel erga architecturam afficiuntur et alii omnes pfici unt in proprio opere ſi illo delectentur. Coauget autem volup tates. Que vero coaugent propria ſunt. Aliis ſpecie: et alie ſ pe

ſunt propria Preterea id ex eo magis patebit ꝙ ab aliis prouenientes uoluptates impedimento ſunt operationib9. Qui enim fiſtulis delectantur non poſſunt mentem adhibere ſermonibus ſi fiſtularum ſonuꝫ exaudiant magis gaudentes ſono q̄ preſenti operatione uoluptas ergo ſoni operationem circa ſermones corrūpit. Eodemq; modo in aliis euenit quando ſimul circa duo operatur iocundiores enim alteram exaudit et ſi multo uoluptates p̄cellat magis itaq; ut per alteram nihil operetur. Ex quo fit ut quotiens uehementer aliqua re gaudemus non fere aliud agamus et alia faciamus cum aliis leuiter delectamur. Vel ut illi q̄ in theatro comedunt tunc maxime hoc faciunt cuꝫ inepti ſunt pugiles Cum uero propria uoluptas diligentius operari aut diuturniores melioreſq; operationes efficiat. Aliena uero corrumpat manifeſtum eſt multum eas inter ſe differre. Fere eniꝫ aliene uoluptates faciunt perinde ac proprie moleſtie. Veluti ſi cui ſcribere aut computare graue eſt atq; moleſtum hic non ſcribit ille non computat quia id agere moleſtum eſt. Euenit igitur circa operationes contrarium propriis uoluptatibus atq; moleſtiis ſunt eniꝫ ꝓprie que in opatione per ſe fiunt. Alienas autem uoluptates diximus ꝙ perinde ꝓpe agunt atq; modeſtie moleſti Cumq; differant operationes ꝓbitate et improbitate ⁊ alie expetende ſint alie fugiende alie neutre Eodem modo ſe quoq; uoluptates habent. In una quaq; enim operatione propria eſt uoluptas Que igitur ſtudioſe propria eſt ea proba eſt Que uero praue ea imꝓ

ba. Nam et cupiditates boneſtarum rerum laudabiles ſunt. tur pium aũt uituperabiles. Magis aũt ſũt ꝓprie opationib9 uolup tates q̃ illis inſunt q̃ cupiditates. he nãq; diſtincte ſũt tꝑoribus et nata. Ille ꝟo ꝓpinq; opationib9 et indiſtincte ita ut ambiguũ ſit utrũ idez ſit opatio et uoluptas. Non tñ uidet̃ uoluptas mẽs eſſe neq; ſenſus. Abſurduz. n. ſz qa non ſeparat̃ uidet̃ qbuſdaz idez. Vt igit̃ opationes ſunt alie ſic et uoluptates Differt aũt uiſus a tactu puritate et auditus et odoratus a guſtu eodem mo do differunt et uoluptates ab bis q̃ ſũt circa intellectũ et utreq; ad inuicem Videt̃ aũt eſſe cuiq; animali ꝓpria uoluptas quem admodum et opus et in unum quodq; intuenti id appet. Alia ẽ ei uoluptas eq alia caĩs; alia hominis ut iqt. Eraclitus aſinos ma gis ſtramina optare q̃ auruz. Nam pabulum illis dulcius ẽ auro Que igitur ſunt aliorum ſpecie. differũt ſpecie Que vero ſunt e orundem indifferentes eſſe rationabile eſt Variant autem non parum in bominibus. Eadem eniz alios offendunt alios delectãt et aliis moleſta ꝛ odibilia ſunt aliis iocunda et amabilia. Id quo q; in dulcibus contingit. Non enim eadem febricitanti uidetur et ſano. Neq; calidum eſſe imbecilli et ualenti. Similiter in aliis id contingit Videtur autem in cunctis talibus id eſſe quod ui detur ſtudioſo. ꝙ ſi boc recte dicitur quemadmodum apparet et eſt et ſingulorum menſura uirtus eſt et bonus uir ſecundum ꝙ ta lis eſt et uoluptates utiq; erunt que buic uidetur et iocunda illa quibus iſte gaudet Que vero buic moleſta ſunt ſi cui iocunda

uidentur non eſt mirandum. Multe enim corruptele et deprauationes in hominibus fiunt. Iocunda eniꝫ non ſunt niſi his et illis qui ſic diſpoſiti ſunt. Igitur quas omnes fatentur eſſe turpes manifeſtum eſt non eſſe dicendum eas eſſe uoluptates niſi illis q̄ corrupti ſunt Eaꝝ uero que uidentur eſſe probe qualeꝫ uel quaꝫ dicendum eſt eſſe hominis uel ex operationibus manifeſtum eſt. Nam illis ſequuntur uoluptates. Siue igitur una eſt ſiue plures perfecti et beati uiri que has perficiunt uoluptates. he principaliter dicende ſūt hominis eſſe uoluptates. Relique uero ſecundarie et multifariam quemadmodum operationes

VM autem de uirtutibus et amiciciis ac de uoluptate dictū ſit reſtat ut de felicitate ſūmatī dicamꝰ. Nam finē illā poſuimus rerum humanarum. His igitur que ſupra diximus repetitis breuior nobis fiet oratio Diximus non eſſe illam habitum. Nam et dormienti exiſtere poſſet et inſtar plante uitaꝫ degenti et in calamitatibꝰ maxime conſtituto. ꝙ ſi iſta non placēt ſed magis in operatione quadam ponenda eſt ut ſupra diximus Operationum uero alie ſunt neceſſarie et propter aliud expetende alie propter ſe ipſas Manifeſtum eſt quod felicitas ponenda eſt aliqua illarum que propter ſe expetuntur et non earū que propter aliud Nullius enim indiget felicitas ſed ipſa per ſe ſufficiens eſt. Sunt autem propt̄ ſe expetende ille in quibꝰ nihil

ulterius queritur q̃ operatio  Tales enim eſſe uidentur actio nes ſecundum uirtutē. Agere enim honeſta et laudabilia ex his eſt que propter ſe expetuntur. Ex his etiaꝫ ſunt ludi quidam io cundi. nõ. n. aliorum gracia illos ſequuntur homines cuꝫ damna potius q̃ commoda ex illis ſuſcipiant et corpus et patrimonium negligẽtes  Confugiũt aũt huiuſmodi delectationes pleriq̨ eoꝝ qui beati creduntur. Quapropter apud tirannos in precio habẽ tur illi qui huiuſmodi oblectamenta poſſunt afferre. Que enĩ cu piunt ad ea ſe leto animo prebent. Indigent uero his. videntur ergo ad felicitatem iſta pertinere quoniam hi qui in magna po tentia conſtituti ſunt illis intendunt  Ad id fortaſſe nulluꝫ ẽ ſignuꝫ. Non enim in potentatu uirtus eſt. neq̨ mens a quib9 lau dabiles ſunt operationes. Nec ſi iſti qui nunq̃ uoluptatem purã liberalemq̨ guſtarũt ad corporales confugiũt. propterea putan dum eſt eas eſſe magis expetendas. Nam et pueri que apud eos in precio ſũt ea putant eſſe optima. Conſonum igitur ut quem admodum apud pueros atq̨ uiros diuerſa in precio hñt ſic etiaꝫ apud malos et bonos  Vt ergo ſepe dictũ eſt p̃cioſa et iocũda ſẽ illa q̃ ſtudioſo talia ſũt. Cuiq̨ aũt ſcd̃m ꝓpriũ habitũ expetendiſ ſima operatio et ſtudioſo igiẽ ſcd̃m uirtutẽ. non eſt igiẽ felicitas ĩ ioco. nam abſurduꝫ foret iocum eſſe eum q̃m q̃rim9 fineꝫ et nego cia multa moleſtiaſq̨ p totam uitã ſuſcipe iocundi cauſa. cũcta e ni ut ita dixeriꝫ alci9 gr̃a expetim9 p̃t felicitatem. naꝫ illa finis eſt. Studere ꝓo et laborare ioci cauſa ſtultum nimis puerileq̨ ui

dēt. Iocari ꝓo ut ſtudeas ſm̄ Anatarſis ſentenciā recte ſe habet Nam ceſſatio q̄dam ioc⁹ uidet̄. Cūq; fieri neq̄at ut qs continuo laboret ceſſatione indiget. Non ergo finis eſt ceſſatio cū fiat gracia opationis Videt̄ aūt beata uitā ſcd̄ȝ uirtutem eſſe. hec aūt ſtudioſa eſt ac in ioco. Meliora dicimus ſeria q̄ ridicula et iocoſa et melioris ſemꝑ et partis et hominis ſtudioſam magis opationeȝ Melioris uo melior et beatior. Iā pōt aūt qs frui corporis uoluptatib⁹ etiam abiectus q̄ſq; non min⁹ q̄ optim⁹. At felicitatē nullus dicet abiecto competere ſed uitam ſolam. Non eīȝ in huiuſmodi oblectamentis felicitas conſiſtit. Sed in opationib⁹ ſecundum uirtutem ut dictum eſt prius

q VOD ſi eſt felicitas ſm̄ uirtutē opatio rationabile eſt ut ſit ſcd̄m optimā. ea uo eſſet utiq; optimi. ſiue ergo mens id ſit ſiue aliud qddam q̄d natā uideat̄ impare et ducere et curam cogitationemq; hr̄e honeſtaꝝ et diuinaꝝ reꝝ ſeu diuinuȝ et ipȝ ex is ſeu eoꝝ q̄ in nobis ſūt diuiniſſimū huius opatio ſcd̄m ꝓpriā uirtuteȝ erit utiq; ꝑfecta felicitas Que aūt ſit contemplatiuā dictuȝ eſt. Conſentaneum uidet̄ id primo dictis et uitati Nā et optima hec eſt opatio et eniȝ et mens eoꝝ q̄ in nobis et cognoſcibilium circa q̄ mens Inſuꝑ continuatiſſima hec eſt. Contemplarī poſſum⁹ continuo magiſq̄ q̄d uis agere. Putam⁹q; oportere uoluptatem admixtam eſſe felicitati. Maxiā uo oium operationuȝ uoluptatē afferrē illaȝ q̄ eſt ꝑ ſapiāȝ omnes conſentiūt

Videtur nempe ſapia mirabiles quaſdam hře uoluptates et certi tudine et puritate. At rationabile eſt ſcientib9 maiorez̨ delecta tionez̨ adeſſe q̃ querentib9 Preterea ſufficiencia illa de qua di xim9 in contemplatione maxia eſt. Nam neceſſariorū qdem ad uitam et ſapiens et iuſt9 et ceteri indigent. Talib9 ꝓo affluenti bus ſufficienť iuſt9 qdem indiget ad quos et cum qbus iuſticia u tatur. Eodem modo tempatus et fortis et aliorum quiſqꝫ. At ſa piens ꝑ ſe ipm contemplari poteſt. Et quanto ſapientior ſit ma gis meli9 fortaſſe ſi adiutores habet. Sz tñ ipe per ſe ſufficientiſ ſimus eſt Videtqꝫ ſola ꝓpť ſe ipam amari. Nihil enim ab illa euenit preter contemplationez̨. At in rebus agendis uel plus uł minus acqrimus preť actionem. Videtqꝫ felicitas in ocio eſſe. ne gociamur. n. ut ociemur et bellum gerimus ut in pace degam9. a gibilium ꝓo uirtutum in ciuilibus aut bellicis reb9 ſunt opatio nes. Actiones ꝓo que circa iſta uſanť negocioſe uidenť. Bellice qdem omnino nullus enim belluz expetit bellandi gřa neqꝫ parā di illa que ad bellum ꝑtinent nam uideretur penitus ſanguinolē tus qdem eſſe ſi amicus faciat hoſtes et pugne cedeſqꝫ ſequantur

Eius etiam q in re. p. uerſatur negocioſa eſt uita preť admini ſtrandi laborez̨ opes et honores ſibi inſup comparantį. Vel certe felicitatem ſibi et ciuibus aliam quam ciuilem exiſtentem quam et querimus certe ut pote aliam. Si ergo rerum que ſunt ſecundū uirtutez̨ magnitudine et pulcritudine ciuiles belliceqꝫ precellūt et he negocioſe ſunt et finem quendam appetunt et non ꝓpter ſe

Si uero diſcordant rationem perquirere. Qui ſecundum mentem operatur et eandem colit optime diſpoſitus eſt. Amiciſſim9 diis uidetur eſſe. Nam ſi dii curaꝫ aliquam habent humanarum rerum ut exiſtimatur et creditur rationabile eſt eos gaudere optimo et cognatiſſimo. Huiuſmodi uero eſt mens et amantibus illam maximeq honorantibus fauere tanq̄ rerum ſibi cariſſimarū curatoribus et recte ac beate agentibus Q autem hec omnia maxime competant non eſt obſcurum. Amiciſſimus ergo deorū eumq feliciſſimum eſſe decens eſt. Itaq et hoc modo ſapiens uti q erit maxime felix

N igit̃ ſi et de his et ũtutib9 et de amicicia ac de uoluptate ſatis dictũ finẽ iam habere putandũ ẽ intentionẽ nr̃aꝫ Vl̃ q̄madmodũ dr̃ nõ ẽ i reb9 agẽdis finis ꝯſideraꝛ ſingl̃a atq cognoſcere: ſꝫ magis illa agere. nec ſane uirtutẽ ſufficit ſcire. Sꝫ conandũ ẽ illaꝫ hr̃e et uti ul̃ ſi quo alit̃ boni efficiamur Si ergo ũba ſatis eſſent ad faciendũ nos bonos multã ac magnã mercedẽ ſm̃ Theognidẽ merito reportarent et oporteret illa pare. Nũc aũt ꝯſtat illã uim hr̃e ut ꝓuocare ꝓpellere iuuenes eſq; ingenui ſint poſſint generoſumq morẽ et uere honeſtatis amantẽ uirtuti obnoxiũ facer̃. ſꝫ uulg9 non poſſe ad ꝓbitatẽ inducere. non. n. tales ſũt ut uerecundia optemperent ſꝫ metu. Neq ut abſtineãt a p̃uis ꝑpt̃ turpitudinem ſed propter penam affectu enim uiuentes

proprias uoluptates ac ea q̄ illas efficiunt pſequuntur fugiunt uero his oppoſitas moleſtias honeſtatꝭ ac uere uoluptatis q̄m nū q̄ guſtarint ſine cura ſunt. Tales igitur que uerba traducerent Non enim poſſibile eſt neq; facile que ab antiquo moribus occu pata ſunt ea uerbis mutare Sed bene agi putandum eſt ſi om nibus exiſtentibus p q̄ boni fieri uidentur uirtutem ſuſcipiamus Fieri uo bonos exiſtimāt alii natura alii conſuetudine alii doc trina. natura qdem non eſt in noſtra poteſtate ſed per quandaz diuinam cauſam uero fortunatus exiſtit. Sermo aūt et doctrina nunq̄ in omnib9 uires haberent ſz oportet ut ante cult9 ſit mo rib9 auditoris animus ad recte gaudendum dolendumq; tanq̄ a ger q ſemina ſit nutrit9. nam q ſecunduz perturbationez animi viuit nec audiret monētꝭ ſuaſioēs nec intelligerēt. Ei ꝓo q ita diſpoſit9 eſt quomodo contrariū ſuaderi poteſt. Perturbationes enim animi non uidentur penitus cedere uerbis ſed uiolencie. O p9 eſt igit̄ ut mos preexiſtat ad uirtutē quodāmodo aptus amās honeſta et turpia indignans Sed ex puericia difficile eſt rec ta inductione ad uirtutē potiri niſi ſub talibus educat9 ſit legi bus. Naz uiuere modeſte et tempate plurimis ac preſtim iuueni bus non eſt iocundum. q̄obrem conſtitutam eſſe oportet educatio nem et exercicia. Non enim moleſtiam afferrent ſi fuerunt conſu eta Nec fortaſſe ſatis eſt ut iuuenes recta educatione et cura potiant. ſz qm̄ etiā uiros factos oportet eadē exercer̄ ac morib9 tenere ad hec quoq; legib9 indigebim9 omino certe p totā uitam

Naꝫ pleriq́ neceſſitati magis q̄ rationi pent et pēiſq̄ honeſtati Quapꝑ͛ exiſtimant qdem oportere legum poſitores ꝓuocare ⁊ exortari debere homines ad uirtutem honeſti gr̄a ut pote illis q boni ſunt ea ſequutis. aduerſus aũ inobedientes et tardiores pe nas ſuppliciaq́ imponere. q ꝓo tales ſint ut emendari non poſ ſint eos penit9 exēminare debere. nam ꝓbum uirum et honeſte uiuentem rationi pitum eſſe. Imꝓbum ꝓo libidinis obnoxiũ. q. beluam quandam ſub iugo poſitam p dolorem eſſe cohercendum Itaq́ putant penas tales eſſe debere ut concupitis uoluptatibus maxime aduerſenẽ Si ergo ut dictum eſt cum q bon9 fut9 ſit recte educatũ inſtitutũ ac morib9 eſſe oportet ac ſubinde in exer ciciis laudabilib9 uiuere et neq́ ſponte neq́ inuitum pua facere Hec utiq́ erunt uiuentibus ſecundum quandam mentem precep ta et ordinationem rectam uim habentem. Patris igitur ordina tio uim et neceſſitatem non habet nec alterius cuiuſq̄ ſoli uiri ni ſi ſit Rex aut huiuſmodi. At lex uim habet neceſſitatem ratio exiſtens a prudencia quadam et mentem Et homines eos q cu piditatibus ſuis aduerſanẽ et ſi recte faciant tamen indigne fe runt. Lex autem non eſt moleſta iubens probitatem

N lacedemonioꝝ ciuitate uſ ſola uſ cuꝫ paucis cura publi ce uideẽ adhibita a legum latorib9 circa educacionem et e xercicia. in aliis ꝓo ciuitatibus iſta neglecta ſunt et uiuit quiſq́ ut uult Ciclopũ inſtar regens filios et uxores. ſꝫ optimum foret

ut publice recteq; cura adhiberetur. Idq; facere poſſe. qꝫ ſi publi
ce negligit̃ unicuiq; eſſe debet filios et amicos ad uirtutem diri
gere. uel ſaltem id conari. Poterit aũt maxime ſcðm p̃dicta ſi le
gis lator fiat Nã publicas qdeꝫ curas conſtat p leges fieri. lau
dabiles aũt p ſtudioſas leges nec referre uidet̃ utrũ p ſcriptas uꝉ
ſine ſcripto. nec p q̃s un9 uel plures inſtituant̃ ceu nec in muſica
et ginnaſtica et aliis diſciplinis ut eĩꝫ in ciuitatib9 uim habent
leges et mores ſic in domib9 patͤnis ſmones et mores ac plus etiã
ppt̃ cognationem et beneficia collata. Sunt enim iam pridem af
fectione deuicti et facile illis ſuadet̃ natura. Differunt eĩꝫ p̃
uata inſtituta a publicis uelut in medicina. vniuerſalit̃ eniꝫ fe
bricitanti ɔfert abſtinencia et qes. eſt tñ fortaſſe aliqs cui non ɔ
fert magiſter etiam ludi non eandem cunctis pugnam imponit
Certi9 aũt ſingula magis declarari uident̃ adhibita priuatiꝫ cu
ra. Magis eẽꝫ eo quo debet potit̃ qſq; ſꝫ et medic9 et ludi magi
ſter et alius qlibet q uniuerſalia ſciat de omnib9 et talibus opti
me curaret. nam uniũſalis qdeꝫ ſciencie dicunt̃ et ſũt ac unũ ali
quem nihil forte uetat nec recte curari etiã ab eo q ſine ſciã ſit ſi
ɔſpexerit diligent̃ contingencia in uno quoq; p expienciam q̃m
admodũ et medici qdam ſibi optimi uident̃ ſed aliis non ſufficer̃
nihilomin9 illi q uelit eſſe artifex et contemplatiu9 ad uniũſale
uidendũ ẽ et illud intͤnoſcendũ quoad põt. nam ſcie c̃ca hec ſũt
ut diximus forte etiam illi q meliores facere uelit uel multos uel
paucos conandum eſt ut legis lator fiat ſi quidem p legem boni

fieri poſſumus. q̃uis eiȝ etiam q datꝰ ſit diſponere recte non ē cu iuſq̃ ſȝ alicuiꝰ eſt ideſt ſcientis ut in medicina et in aliis in qbꝰ eſt cura aliqua et intelligencia

N igit̄ poſt hec conſiderandum fuerit unde et quomodo lē gum lator q̄s fiat uel quemadmodum in aliis ab hiſq in rē •p• uerſant̄. Nam ps rei• pu• hec eſſe uidetur  Vel non ſimile ē in re• pu• ac ceteris ſciencijs et facultatibꝰ• Nam in aliis qdem idem uident̄ eſſe doctores et opatores ceu medici et pictores• ac ſcienciam gubernandā reꝝ• p• ſophiſte ꝓfitent̄ quorū nullus reȝ p• gerit  Sȝ illi in illā uerſant̄ et hi facultate quadam id ager̄ uidēt̄ et expiēcia magiſq̄ itelligēcia  Cōſtat eī eos de his rebꝰ nec ſcribere nec loq• At qui p̄clarius id foret q̄ orationes in iudi cio uł ꝯcionibꝰ habitas Nec rurſꝰ filios ſuos aptos ad rē• p• effic̄ ūt nec amicoꝝ aliquos• qd̄ facerēt certe ſi ualerēt• neq̄ eī meliꝰ q ſq̄ ciuitati ſue reliq̄r̄ poſſēt neq̄ ſibi ipis aut his quos cariſſimos hn̄t magis qcq̄ opearēt q̄ huiꝰmodi potēciā  Nō tn̄ pū uidet̄ ex piēcia ꝯferre• nō eī fieri poſſēt p ꝯſuetudinē ad rē• p• aptiorē• ita q̄ ⁊ his q cupiūt de re• p• hr̄e ſciaȝ opꝰ ē iſup expimēto  Et ſo phiſte q ꝓfitēt̄ id lōge abeſſe uidēt̄ a docēdo• q̄le eī id ſit aut c̄ ca q̄lia penitꝰ ignorāt  Nō eī id ē eſſe qd̄ rhetoricā nec abiectio nē poſuiſſēt  Nec putarēt eſſe facile leges ferre colligēti p̄claras leges• nā eligi poſſe optimas• q• uo electio nō ſit itelligēcie ⁊ ma xiȝ iudicar̄ recte ut i muſiq• Expti eī i ſingl̄is recte iudicāt opā

Et per que et quomodo perficiantur intelligunt. Inexpertis uero ſatis eſſe putandum eſt ſi non lateat ipſos utrum bene uel male factum ſit. Quemadmodum in pictura leges auteꝫ publica opera uidentur. Quomodo igitur ex his lator leguꝫ fieri quis poteſt aut eas(que optime ſunt)intelligere. Non enim uidentur neqꝫ medici quidem ex libris fieri. q̄q̄ conantur illi non ſolum curas dicere. Sed etiam modum per quem medela ſit tradenda et ut cōuenit curare cuiuſqꝫ diſtinguentes habitudines. At hec expertis quidem uidentur utilia, his uero (qui ſine ſciencia ſunt) inutilia.

Forte etiam et legum et rerum. pu. collationes his qui proſpicere et iudicare ualent quid recte uel contra uel qualia qualibus congruant utilia eſſe poſſunt. Sed illius(qui ſine habitu iſta peruadunt) recte iudicare non eſſet niſi fortuito. Intelligentiores uero in his fortaſſe fient. Cum igitur antiqui illa(que ad poſitionem leguꝫ pertinent)intacta relinquerint nos conſiderare melius erit et omnino de re. pu. ut(quantum fieri poteſt)de rebꝯ humanis philoſophia perficiatur. Primum igitur ſi quid in p̱te dictū ſit a maioribꝯ recte id conemur referre. Deinde ex collatiōe rerū. p. ꝯſiderandū eſt q̄lia illa ſint q̄ ciuitates euertunt et q̄lia unāq̄mqꝫ rē. p. et ꝑ q̄s cauſas alie recte alie ꝯ gubernēt. His eiꝫ uiſis forte magis intelligemꝯ q̄ rei. p. ſtatus ſit optimꝰ et quomodo una q̄qꝫ res. p. ꝯſtituta ſit et q̄bꝯ legibꝯ et moribꝯ.

Ariſtotelis Ethicorum libri Finiunt.

132

GW 2033

4C. 481

p RECIOSA Sunt interdum parui corporis: quod lapilli gēmeq; teſtantur. et homines nonnunq̄ puſilli grandioribus preualēt: vt de Tybeo ſcribit Homerus: a quo breui et exiguo thebanos omēs certaminibus longe ſupatos fuiſſe tradit. Statius quoq; homerū credo ſecutus de eodē inquit. Maior in exiguo regnabat corpore virtus; Tu igitur Coſma dulciſſime hoc quicq̄d eſt libelli ob pagine breuitatem nequaq̄ deſpexeris. puſillu; quidem eſt: at viribus amplum / et precio dignu;. quod per has ferias e greco interpretatus / non immerito (vt mihi videor) tibi potiſſimum deſtinaui; Cui eni; rectius de gubernatione exercitus precipi poteſt: q̄ illi: qui exercitū habeat: cui rurſus de rei familiaris adminiſtratōe q̄ ei / q̄ re; amplā poſſidet: ⁊ tueri illam cum laude gliſcit: et augere eu; dignitate; Licet ergo tuipſe per te multum ſapis: et a patre tuo viro ſapientiſſimo quotidie audire poſſis: operepreciu; tamē erit: quid de re familiari tradiderunt excellentiſſima philoſophorum ingenia cognouiſſe; Vt enim medicine finis eſt ſanitas: ita rei familiaris diuitias fine; eſſe conſtat; Sunt vero vtiles diuitie: cum et ornamento ſint poſſidentibus: ⁊ ad virtutem exercendam ſuppeditent facultatem; Proſunt etiā gnatis: qui facilius per illas ad honores dignitateſq; ſubleuantur. Nam quoru; virtutibus obſtat res anguſta domi: haud facile emergunt: vt poete noſtri dictat ſententia; Quare tum noſtri / tum gnatorum multomagis caritate / illaru; amplificationi quoad honeſte poſſimus: ſtudendum eſt. qm̄ /

a philoſophis in bonis numerantur , et ad felicitatez pertine
re credentur ; Tu igitur harum precepta rerūz in hoc libello
Ariſtotelis leges:quem ego non ſolum tranſtuli e greco : vt
maxime conſonum eſſe putaui : verumetiam explanationem
quandam obſcurioruz verborum adiunxi:quo tibi legenti di
lucidior eſſet ; Primuz igitur illud premittendum / duas phi
loſophie eſſe partes : quarum altera in cognitōne rerum . alte
ra in agendo verſatur . Prima pars fere ad illa pertinet:quo
ruz finis eſt ipā cognitio . Actiua vero precepta vite cōtinet:
que ſcire parū eſt : niſi deducas in actum ; Ea vero precepta
diuiduntur trifariam . Aut enim nos circa mores inſtruunt:
aut circa rem familiarem : aut circa rempublicaz . Harum pri
mam ethicam : ſecundam Economicam . terciam Politicam
greci appellant ; Nos (vt opinor) magis noſtris vocabulis
vti decet / ꝙ alienis ; Nunc ad textum Ariſtotelis veniam⁹ ;

Es familiaris et reſpublica inter ſe differunt . non
ſolum quantum domus et ciuitas : hec enim ſunt
earū ſubiecta ; verumetiam illo : ꝙ in re . p . qdē
plures impant : in familiari vero vnus dūtaxat ē imperator
et rector ; Quedam enim artes diſtinguntur . nec eſt eiuſdez
feciſſe : ac facto vti / quemadmodum lire et fiſtule . Sed rei . p .
diſcipline eſt ciuitatemqz ab initio conſtituiſſe : et conſtituta
bene vti . Itaqz patet etiam eſſe rei familiaris parare domū :
et illa vti ; Ciuitas quidē eſt multitudo domoꝝ / agro ⁊ pecu
nys ſufficienter abūdans ad bene viuenduz . Id aūt ex eo pa
tet : ꝙ ſi cōpotes hoꝝ eē nequeūt : ſocietas ſoluit . Inſup hui⁹

gratia in vnum coeunt .cuius autē vnūquodq; eſt: et fuit:
et ſubſtantia eius hec exiſtit. Itaq; patet priorem eſſe rem
familiarem ꝙ publicam. Nam et opus illius ſic eſt. Pars
enim ciuitatis eſt domus; Conſiderandum eſt igitur de re
familiari ⁊ quid illius opus;

Domus quidē partes ſunt homo et poſſeſſio. Quo
niā vero in minimis primū natura cuiuſq; inſpi
citur: in domo quoq; ita ſe habet. Quare ſecūdū
Heſiodum hec adeſſe conuenit: domicilium imprimis/ muli
eremq;/ et bouem aratorem. Alterum enim primū in victu
eſt. Alterum in liberis. Itaq; oportet: ea que ad vxorem ſpe
ctant: recte diſpoſuiſſe: hoc eſt prouidiſſe: vt talis ſit: qualis
eſſe debet;

Poſſeſſionis autem prima cura eſt ea: que ſcḋm na
turam. Secūdum naturam vero potiſſima agri
cultura. Secundo loco omnia: que ſunt a terra/
ceu metallorum/ aut ſiqua alia huiuſmodi: ſed agricultura
precipue. quoniam iuſta. Non enim inhumaniter/ neq; ab
inuitis querit quemadmodum bellice artes. Et eſt earum:
que ſunt ſecūdum naturam. Natura enim omnis educatio
eſt a matre. Quare et hominibus a terra; Prodeſt etiā plu
rimū hec ad fortitudinem. non enim quemadmodum viles
artium corpora eneruat: ſed talia facit: vt et ſub diuo conſi
ſtere: et tolerare laborem valeant: et aduerſus hoſtes pericu

la capeſſere. Soli enim hi res ſuas extra munitiones habent;

Sed eius diligentie / que eſt circa homines: prime ſunt partes circa vxorem: ſocietas eſt enim maxīe ſcđm naturam mari et femine. Premiſſum eſt enim a nobis et alijs locis: deſiderare naturam multa efficere talia. veluti vnūquodqȝ animalium. Eſt autem impoſſibile feminam ſine mare / aut marem ſine femina hoc adimplere. Quare eorum ſocietas ex neceſſitate conſtituta eſt. Enimuero in ceteris animalibus abſqȝ ratione id fit. et inquantum nature capacia ſunt. et procreandi gratia ſolū. In cicuribus autem et prudentioribus diſtinguitur magis. Apparent in his auxilia / et dilectiones / et cooperationes. maxime autē in homine id conſpicitur. qȝ non eſſendi cauſa ſolum / verum etiam bene eſſendi mas et femina ope mutua coniugantur. Filioſqȝ procreant: non ſolum vt nature id tributum ferant: verūetiā vt cōmoda exinde ſuſcipiant. Valentes enim ipi imbecillos ſuo labore tuentur: et alunt. Mox imbecilli ob ſeniū facti / a valentibus eadem reportant. Et ſimul natura per hūc circuitū adimplet ſempiternitatē: ex quo ſcđm numerū non poteſt: at ſcđm ſpēm. Sic enim diuina prouidētia vtriuſqȝ natura ordiata eſt viri ſcilicet et mulieris ad ſocietatē. Tendūt enim eoꝝ oīa in idē vtilitatis: licet cōtraria q̄dam videant. Alterū enim robuſtiſſimū fecit. alterū imbecillū. vt hoc q̄dē ob timorē cautius. Illud vero ꝓpter fortitudinē pugnacius eēt. Et alterū parat foris. alterū parata domi cōſeruat. Ad opis ve

ro peruagatōnem imbecillum. Alterum vero ad ſedulitatem deterius eſt: ad motus autem valentius. Circa prolem autē generatio quidem propria eſt. vtilitas vero communis. alterius enim nutrire eſt. alterius erudire;

p Rimum igitur leges ſunt viro ad vxorem. et iniuria ceſſet. Sic enim nec ipē iniuriaꝫ patietur. hoc eniꝫ ēt communis lex inducit. vt Pithagorici dicunt: quemadmodum ſeruum ab lare exiſtimare: vt minime videatur iniuria afficiendus; Eſt viri iniuria externarū mulieruꝫ coitus. In vſu vero: vt neqꝫ deſit preſentibus: nec abſentibus impotens ſit acquieſcere: ſed ita aſſueſieri: vt ſufficienter ſe habeat in abſentia: et preſentia; Recte vero habet ſe et illud Heſiodi: puellam accipere oportere. vt gratis moribus imbuere poſſis. Diuerſitates enim morum nequaq̄ ad delectationem ſunt apte; Circa ornatum vero: quemadmodum in moribus fictionem eſſe non decet: ſi ſimul appropinquare debent: ſic etiam nec in corpore. Nam illa que per ornatuꝫ ſunt: nihil differunt ab hyſtrionum vſu tragedias in ſcena agentium;

p Oſſeſſionuꝫ vero prima quidem: ac maxime neceſſaria eſt illa: que optīa eſt ꝛ pricipaliſſima. Id aūt eſt hō. Quapropṫ oportet prīo ſeruos pare ſtudioſos. Seruoꝝ aūt ſpēs due. curator ꝛ opifex. Cū vō cernamꝰ: q̄ disciplīe tales aliquos faciūt iuuenes: nēcꝫ ē poſtq̄ paueris ꝛi-

buere illos : quibus liberalia officia fuerint committenda ;
Cum ſeruis autem ita verſetur : vt neq; ſuperbos eſſe ſinat /
neq; abiectos. Liberalibus quidem honorem : opificibus ve
ro cibum abunde tribuat. Et quoniam vini potus etiam li
beros ad inſolentiam impellit ; ⁊ apud multas nationes inge
nui quoq; ab illo ſe abſtinēt : vt cartaginenſes dum militāt :
puta ꝙ vini aut nihil / aut valde raro ſeruis tradendum eſt ;
Tria vero cum ſint / opus. cibus / et caſtigatio : cibus quide;
ſine caſtigatione et opere petulantem reddit. opus vero ⁊ ca
ſtigatio ſine cibo / violenta res eſt : et infirmum facit ſeruu;.
Reſtat igitur vt opus faciendū illi tribuat : ⁊ cibum ſufficiē
tem. Sine mercede enim dominandu; non putant. Merces
autem ſerui cibus eſt. Verum vt alij deteriores fiunt ; quan
do nec melioribus tribuitur melius ; neq; premia ſunt vir
tutis et vitij propoſita : ſic etiā et ſerui. Quapropter oportet
conſiderat ōne; habere : ac indulgere illis : et permittere ſingu
la ſcōm merita / et cibum / et veſtem / et quietem / et caſtiga
tionem verbo et opere / medicorum artem imitantes. in medi
cine loco proſpicientes : ꝙ cibus medicina non eſt propter cō
tinuationem ; Genera vero ſeruorum ad opus faciendum op
tima eſſent / neq; timida / neq; fortia nimis. In vtriſq; eni;
peccatum eſt. Nam et nimis timidi non ferunt laborem : et
ferocibus non commode imperatur ; Oportet quoq; finem
omnibus eſſe terminatum. Eſt enim iuſtum ſimul et vtile li
bertatem eſſe propoſitam. Libenter enim labores ſubibunt : ſi
⁊ propoſitum premium conſpexerint / et tempus diffinitu; ;
Sunt etia; procreatis filijs tanꝗ obſidibus obligandi ; Nec

primus liber ech...



plures habendi eiuſdem generis / quemadmodum in ciuitatibus / Sacra quoqꝫ et largiores epulas / ſeruorum gratia magis faciendum. non liberorum. Plura enim ipſi habent: cuius vtiqꝫ gratia inſtituta ſunt;

Quatuor habere patremfamilias oportet circa pecunias. Nam et querere poſſe conuenit: et queſita tueri. Alioquin nulla querendi foret vtilitas. Naꝫ cribo aurire nihil aliud eſt / quam (quod dici ſolet) terebratum vas. Eſſe preterea talem: vt et ornari: et frui ſciat. Horum enim gratia habere illas expedit; Diſtinguenda quidem ſunt ſingula: et plura habenda fructuoſa / quam infructuoſa. et negocia ſic ſequeſtranda: vt omnium ſimul periculum non ſubeatur; Circa tuendum autem queſita / vtiles ſunt perſice et laconice adminiſtrationes. Vtiles etiam attice vendentes emunt: et penoris inſtitutio non eſt in exilioribus adminiſtrationibus. Eſt autem perſica ipſum omnia iubere: omniaqꝫ inſpicere. Et quod de Dioniſio inquit Dion / nullus enim parem curam habet alienorum et ſuorum. Itaqꝫ quecunqꝫ per ipſum geri poſſunt / circa illa cum diligentia intendat. In quo Perſe ſimul et Libici dictum recte ſe habet. Perſa enim rogatus / quid equum maxime pinguefaceret: oculus domini reſpondit. Libicus vero rogatus / quod ſtercolinium agro foret optimum: domini inquit veſtigia. Sunt igitur inſpicienda negocia diligenter a viro. inſpicienda etiam ab vxore: prout inter eos diſtincte ſunt cure. Et hoc faciendum in exilioribus quidem adminiſtrationibus raro. in gran-

dioribus autem / quorum cura alijs committitur / ſepe. ¶ Ni ſi enim quis bonum exemplum de ſe prebuerit: imitatorem diligentie habiturũ non exiſtimat. neq; in re familiari / neq; in alijs: quaſi impoſſibile ſit non diligentis domini diligentes eſſe vicarios; ¶ Cum vero hec et ad virtutem honeſta ſint: et ad rem familiarem vtilia: expergiſci decet prius dominũ ꝙ̃ ſeruum: et cubitum ire poſterius. Nec vnꝙ̃ incuſtoditã eſſe domum: queadmodũ nec vrbem: quando opus eſt. neq; die / neq; noctu; ¶ Et ante lucem ſurgere: qḋ et ad ſanitatem / et ad curam rei familiaris / ꝛ ad ſtudium philoſophie prodeſt ꝙ̃ plurimum;

In paruis igitur adminiſtratõnib⁹ actica regula circa fruct⁹ vtẽdum eſt. in magnis vero diſtinctio facienda erit eoꝝ: que in annũ / et eorꝝ: que in menſes ſingulos cõſumere oportet. ¶ Eodemq; modo in inſtrumẽtis / ſepãda ſunt ea: quoꝝ vſus quotidian⁹ eſt ab ijs: que raro ſunt vſui. Hec tradenda ſunt ijs: q̃bus negocia cõmiſeris. ac certo tẽpore inſpectio eorũ faciẽda erit: vt nõ latet quid ſaluũ ſit: q̃d ue perierit; ¶ Edes quoq; ita parande ſunt: vt et rerum poſſeſſarum / et ſalubritatis commoditatiſq; rationem habeamus. Rerum poſſeſſarum dico / ſeu fructuum ſeu veſtium / quales his conducant. et fructuũ quales aridis: et quales liquidis: et aliarum rerum / quales animatis: et quales inanimatis / ſeruiſq; et liberis maribus et feminis. ciuibus ꝛ peregrinis. Commoditatis vero et ſalubritatis: vt ſtate quidem ventoꝝ

afflatum / hieme vero ſolem recipiant. Eſſent etiã tales : ſi auerſo borea fuerint / nec eq̃liter late ; Videt quoq3 in magnis domibus vtilis eſſe ianitor . qui ſit ad cetera inabilis / pro obſeruatione importatorum / exportatorumq3 ; Ad rectum vero vſum inſtrumentorum / illud laconicum valet / ſingula ſuo loco iacere. Sic enim parata non requirentur ;

ROHAM Mulierem oĩbus / que ſunt intus dominari oportet : curam habere omnium / ſecundum preſcriptas leges . Non permittentem quenq̃ ingredi ſine precepto viri. Veritã maxime verba / que de mulierum corruptela circũferuntur. Et ſiquid intus accidat : vt ſibi notũ ſit ſoli . et ſiquid mali ab ingredientibus cõmittatur : vt penes virum ſit culpa. Dominam vero impenſarum ad feſtos dies : quas permiſerit vir ; Sumptu autem / et veſtitu et apparatu minori etiam vtatur : q̃ leges permiſerit ciuitatis conſiderans / q nec veſtimentorum nitor / nec excellentia forme / nec auri magnitudo / tantu3 valet ad mulieris laudem : quantum modeſtia in rebus / ac ſtudium honeſte de-

coreqꝫ viuendi. Eteniꝫ omnis huiuſmodi ornatus animi optabilis eſt/multoqꝫ firmior ad ſenectutem vſqꝫ veras laudes ſibi gratiſqꝫ afferre. Si igit ipaꝫ in his iat mulier/pergatqꝫ laudabiliter rebus preeſſe. Nam viro quidem indecens videtur ea ſcire: que intra edes fiunt. In ceteris omnibus parere mulier viro contendat: nec audiens quicꝙ de republica/nec tractans quicꝙ eorum/que ad connubia ſpectare videntur. Sed cum tēporis poſſet aut filias tradere nuptui: aut nurus accipere: obediat penitus in his viro: atqꝫ vnā deliberet: vt ſententiam viri ſequatur. intelligens non ita turpe viro eſſe quicꝙ eoruꝫ/que domi ſunt facere: ſicut mulieri/que foris perquirere.

xiſtimare autem debet mulier vere cōpoſita/mores viri eſſe legem ſue vite impoſitam ſibi a deo/per coniunctionem matrimonii atqꝫ conſortii. Quos ſiquidem equo feret animo/perfacile reget domum: ſi contra difficilius. Quapropter decet non ſolum in proſperis rebus/ſecundaqꝫ fortuna vnanimem ſeſe viro preſtare: et inſeruire velle: verumetiam in aduerſis. Si ſit in rebus defect⁹/vel egrotatio corporis/vel alienatio mētis: equo ferat animo/obſequaturqꝫ: niſi forte turpe aliquid ſit vel indignū. Nec ſiquid perturbatione animi vir deliquerit: memoriter ſeruet: ſed egritudini ignorantieqꝫ aſcribat. Nam quāto in his diligentius obſequetur/tanto ſibi maiorem gratiam habebit: cum ab egritudine fuerit liberatus. Et ſi iubenti aliqd turpe non paruerit/melius recognoſcet ad ſanitatem reuer-

ſus. Quapropter ab his cauere mulier debet. In alijs autē multomagis obtemperare: ꝙ ſi empta veniſſet in domum. Magno enim precio empta fuit ſocietate vite: et procreatōe liberorū: quibus / nec maius nec ſanctius quicq̄ eſſe poteſt; Preterea ſi cum fortunato vixiſſet viro: non vſqꝫ adeo virtus eius illuſtrata eſſet. Non eſt ſane parū ſecundis rebus bene vti: attamen aduerſas moderate perferre multomagis eſt eſtimandum. Nam in magnis calamitatibus et iniurijs / nihil abiecte facere celſi eſt animi. Precandum eſt igitur / ne quid tale accidat viro. Quod ſiquid illi accidat aduerſi: putare debet mulier / hinc optimā ſibi laudem (ſi recte ſe geſſerit) prouenturam. Secum ipſa repetens / quia nec Alceſtis tantā ſibi gloriam comparaſſet. nec Penolope tot / tantaſqꝫ meruiſſet laudes: ſi cum fortunatis viris vixiſſet. Verum Almeti et Vlixis aduerſitates parauerunt illis memoriaꝫ ſempiternaꝫ. In aduerſitatibus enim virorum ſuorum fidem ac iuſticiaꝫ erga illos ſeruantes / gloriam non immerito ſunt conſecute. Nam proſperitatis quidem facile eſt reperire participes. aduerſitatis vero / ni optime ſint mulieres: participes eſſe renuunt. Ob que omnia multomagis decet virum in honore habere: nec illum contemnere / ſi ſacra pudicicia et opes animoſitatis filie ſcd̄m Herculem non ſequātur. Mulier huiuſmodi ſeſe moribus ac legibus cuſtodire debet;

Ir autem viceuerſa leges ſibi reperiat ad vxoris vſum. Quando tanꝗ̄ filiorū viteqꝫ ſocia in viri domum peruenit / gnatos relictura genitoꝝ viri

ſuiq; nomina habituros. Quibus quid ſanctius eſſe poteſt: aut circa que magis ſtuderet vir ſane mentis: ꝙ ex optima laudabiliſſimaq; muliere filios procreare / ſenectutis paſtores quaſi optimos / ac reuerētes patris matriſq; cuſtodes / ac totius domi ſeruatores. Educati ſiquidem recte a parentibus per ſanctos et iuſtos mores / boni merito euadent. Contra vero ſi fiat: ſentient detrimentū. Niſi enim parentes exemplū vite filijs preſtent: euidentem excuſationis cauſam erga ſe illis relinquūt: timendū eſt / ne cōtempti a filijs / quaſi non bene vixerint: in ſenectute deſerantur. Quapropter nihil ꝑtermittendum: quod ad vxoris pertineat diſciplinam: vt ex ꝙ maxie fieri poteſt optima filios generet. Nam agricola ꝗdẽ nihil omittit: quo ſemen in optima terra / ac maxime exculta ſerat: ſperās ita demum fructus optimos inde ſe recepturum. Ac ſiqua vis immineat mori preliando mauult aduerſus hoſtes: ꝙ illius vaſtatōem pati. et huiuſmodi mores laudantur maxime. Cum igitur tāta adhibeat cura pro corporis eſca: ꝗd pro liberis / et matre / et educatrice: nonne protinus omne ſtudium fuerit adhibēdum? Hoc enim ſolo hominū conditio mortalis exiſtēs: ſucceſſione conſequit̃ imortalitatē. Omiaq; parētum vota huc tendūt. Quamobrem qui iſta negligit: et deos ipos videt̃ negligere. Propter deos igit̃ / quibus ꝓſentibus ſacra fecit: et vxorem duxit: ac multomagis poſt parētes / vxori ſeſe tradidit ad honorem.

Maximus aūt honor eſt ſobrie mulieri: ſi cernat virū ſuum obſeruātem ſibi caſtitatem / nec de vlla mulie-

re magis cogitantē / ſed pre ceteris oīb' hanc et ſuā / et fidaʒ
ſibi extimanteʒ. Tanto enim magis ſtudebit mulier ſe talem
preſtare : quanto ſe cognouerit fideliter / atqʒ iuſte a viro di/
ligi. Ergo prudentem ignorare non decet : qui parentibus /
que vxori et filijs honores conueniāt. vt tribuēs vnicuiqʒ / q̄
ſua ſunt ʒiuſtus et ſanctus habeatur. Pergrauiter eniʒ vnuſ
quiſqʒ fert honore ſuo priuari. Nec ſiquis aliena ꝑmulta tri
buat : cōtentus erit : ſi ſua ſibi auferantur. Nihil vero magis
ſuum eſt vxoris / nec magis illi a viro preſtanduʒ / q̄ ſancta
et intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem ſa
ne mentis vbicunqʒ contigerit ſemen exponere / nec de vili/
bus et iniquis / ſimiles liberis legitimis generentur. ex quo
et vxor honore ſuo priuat : et filijs iniuria fit : ac ſibi pro his
omnibus dedecus incūbit ; Appropinquandū vero eſt vxori
cuʒ magna tempantia atqʒ modeſtia. ſitqʒ pudor in verbis /
in operibus vero fas et honeſtas / in conuerſatiōe vero fides
et moderatio / parua quideʒ peccata / etſi voluntaria fuerit
ignoſcendo. Siquid per ignorantiam deliquerit : cōmonefa/
ciendo. nec metum incutiat ſine verecundia et pudore. Hec
enim meretrices ad mechos pati decet. At vero cum verecū/
dia ꝛ pudore iuxta diligere : ꝛ timere / id ingenue eſt mulieris
erga propriuʒ virum ; Duplex eſt enim timoris ſpecies. vna
cuʒ reuerentia et pudore : qua vtūtur ad patres filij modeſti /
ꝛ ciues bene morati ad beniuolos gubernatores. Altera : cuʒ
inimicicia et odio : ſicut ſerui ad dominos / et ciues ad tiran
nos iniuſtos et iniquos. Ex his quoqʒ omnibus meliora eli/
gens / vxorem ſibi conciliet : ac fidelē / propriāqʒ ſibi efficiat.

Ut ſiue preſens ſit vir / ſiue abſens : non minus vtilis ſit : q̄ ſi ſemper adeſſet / tanq̄ rerum cōmunium curatores. Et qn̄o vir abeſt : vt ſentiat uxor : nullum ſibi neq̄ meliorem : neq̄ cōmodiorem / neq̄ magis ſuum eſſe q̄ uirum. oſtendatq̄ hoc ab initio cōmune bonum ſemper intendens : q̄uis puella ſit ac noua in talibus. Et ſi ſibi maxime dominetur optimus totius uite rector exiſtet : et uxorem talibus uti decebit.

[N]Am neq̄ amorem / neq̄ timorem abſq̄ verecundia laudauit Homerus. Sed ubi amare precipit cum modeſtia ⁊ pudore. Eo quidē modo Helenā timere Priamū inquit / ita dicentē. O metuende mihi ſemper ſemperq̄ timende care ſocer. nihil aliud dicēs : q̄ eam cū pudore diligere. Rurſus vero Vlixes ad Naſicem inq̄t. Te mulier valde equidem admiror : et metuo. Cenſet autem Homerus / virum et vxorem ſic inuicem ſe habere debere. Nam nemo deteriorē ſe reueretur / et admiratur. Sed huiuſmodi affectus accidūt inuicē melioribꝰ et natura benignis. minoribus tamen ſapientia ad ſe meliores. Hunc animum Vlixes erga Penolopem gerens : abſens licet nihil deliquit. Agamenon aūt propter Criſidē / erga probam peccauit vxorem / auſus dicere in contione grecorū captiuā mulierē / nec natura pſtantē / immo (vt plane dixerim) barbarā : in nullo Clitemeſtra deteriorē eſſe. ex qua cū liberos haberet : non recte ſeſe gerere viſus eſt. Quomodo enī recte : qui ante q̄ ſciret / qualis erga ſe foret : vi ductam ſibi illam coniūxerat. At

Vlixes rogante Athlantis filia! vt ſecum maneret: ac ſempiternitatem pollicentem: nec ob id quidem prodire voluit vxoris affectum / et amorem / et fidem / maximum ſibi ſuppliciū arbitratus: ſi malus dum eſſet: imortalitatem haberet. Cum Circe etiā manere noluit! quanq̄ inſuper ſociorū ſalutē pollicente. Immo reſpondit / nihil ſibi dulcius videri poſſe! q̄ patriaȝ! licet incultaȝ et aſperā. Magiſq; optauit mortalem vxoreȝ filiūq; videre / q̄ fieri ipm̄ imortaleȝ. Sic ille firmam ſtabileq; vxori fidē ſeruabat. pro quibus merito ab vxore eādem reportabat;

N oratione quoq; illa / quaȝ habuit ad Naſicen; apparet / poetam maxie probare viri et vxoris pudicam ſocietateȝ. Precatus eſt enim deos: vt darent illi virū / ⁊ familiā / ⁊ vnanimitatē cū viro: nō quālibet / ſed honeſtā. inquit eniȝ melius nihil eſſe poſſe hominibus: q̄ ſi concordi voluntate vir et vxor domuȝ gubernent. Et hic igitur vt patet: laudat poeta vnanimitatē mutuā viri ⁊ vxoris / non eaȝ quidē: que circa improba obſequia / ſed eam: q̄ animo et prudentia iuxta coniuncta eſt. Nam voluntate gubernare domū hoc deſignat. Idem etiā inquit: q̄ cum huiuſmodi inter virū et vxorem viget concordia; inimici quidem anguntur plurimū: amici vero permagna ſuſcipiūt gaudia. Quem tanq̄ vera dicenteȝ probant. Nam uiro quidē atq; uxore circa res optimas concordi ſtudio uacantibus / neceſſe eſt utriuſq; amicos idem ſentire. Deinde propter concordiaȝ potētes facti / et inimicis ſpem auferūt: et amicis proſunt.

Quod ſi ipi diſſideant : amici quoqz diſſidebũt : et infirmitatem ipi ſentient maxie. Itaqz manifeſte pcipit poeta viruz et vxorem in ijs que improba et impudica ſunt : ſibi inuicez conſentire nequaq̄ debere. In ijs vero que (q̄ maxie fieri poteſt) pudica ſunt et iuſta : cõcorditer ſibi inuicez inſeruire ;

Studentes primo quidem curam omẽm parentib⁹ adhibere. Vir quidẽ vxoris parentibus non min⁹ q̄ ppis. Vxor autem viri. Deinde filioruz ⁊ amicorum / et rerum / domuſqz totius tanq̄ cõmunis curaz habeãt : ſe ipos ſtudio ⁊ diligẽtia ſupare certãtes. Vt quiſqz plurimoꝝ bonoꝝ ſit auctor et cauſa. meliorqz exiſtat ⁊ iuſtior / depoſita q̃dem ſupbia / induſtria vero ſuſcepta : cũ benignitate ⁊ mãſuetudie gubernãtes. Vt cũ ad ſenectã peruenerint / depoſito admĩſtratõis onere ⁊ cõcupiſcentijs liberati : ⁊ poſſint ⁊ ſibi ipi inter ſe ac filijs ſuis rõnem reddere : vter eoruz magis profecerit in familie gubernatõe : Ac ſtatim ſcire aut p fortunã malũ / aut p virtutez bonũ : in q̃bus ſupauit, maxiuz pmiuz a dijs cõſequi. Vt Pindarus inq̃t. Dulce eniz ſibi cor ⁊ ſpes mortaliũ multiplicez alit voluptatẽ. Secũduz vero a filijs in ſenectute feliciter educari. Quapropter ⁊ puatim ⁊ publice decet eum qui vitam agit ad omnes deos / boueſqz reſpicere. Multum etiam ad vxorem et filios et parentes ;

Economicoruz Ariſtotelis ſtragerici
liber ſecundus feliciter explicit.